

MN
OB

TO
OVA
L

BIBLIOT. ISTITUTO
BOTANICO - PADOVA

A.P.L
3

.....

.....

.....

R. ISTITUTO BOTANICO DI PADOVA

Sala

BIBL. R. ORTO

Palco

BOTANICO-PADOVA


A.P.L.

N. Inv

3

1391 inv





BY THE COURT

IN SENATE

AND HOUSE

OF REPRESENTATIVES

IN SENATE

AND HOUSE


OF REPRESENTATIVES

IN SENATE

AND HOUSE

OF REPRESENTATIVES





ΦΥΤΟΒΑΣΑΝΟC

S I V E

P L A N T A R V M

ALIQVOT HISTORIA

IN QVA DESCRIBVNTVR DIVERSI GE-
neris Plantæ veriores, ac magis facie, viribúsq; re-
spondentes antiquorum Theophrasti, Diosco-
ridis, Plinij, Galeni, aliorúmque deli-
neationibus, ab alijs hucusque
non animaduersæ.

FABIO COLVMNA AVCTORE.

ACCESSIT ETIAM PISCIVM ALIQVOT,
Plantarúmque nouarum Historia eodem auctore.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM D.
S. R. E. CARD. M. ANTONIVM COLVMNAM.



Ex Officina Horatij Saluiani.

N E A P O L I, M. D. X C I I.

Apud Io. Iacobum Carlinum, & Antonium Pacem.

PHYTOBOAZANOC

SIVE

PLANTARVM

ALIQVOT HISTORIA

IN QVA DESCRIBVNTVR DIVERSI QVI
sunt Plantarum virtutes, ac magis facit, viriditate re-
spondentes animum Theriacalis, Dicitur
illis, Plantis Galeni, aliorumque deli-
nentibus, ab aliis hinc inde
non amissis.

FABIO COLVANA AVCTORE

EXCITIT NITIM PYTHM ALIQVOT
Plantarum virtutes hinc inde

AD ILLUSTRANDVM ET REVERENDISSIMVM D.
S. R. F. CARL. MANTONIVM COLVANA



Ex Officina Horstii Salina.

M. D. C. C. L. I.

Apud Jo. Iacobum Carlinum, & Antonium Lescum.

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISS. D.
S. R. E. CARDINALI
MARCO ANTONIO
COLUMNAE.



CONFINGUNT Poëta,
ijq̄ apud veteres Theolo-
gi, Cardinalis Amplissime,
Mercurium inuentam si-
bi Lyram, si non adeò
excultam, at necessariam,
Apollini dono dedisse.

Nonne id quidem præclarè? Latona nimirum
filius omni bonorum genere satis superq̄ af-
fluebat, in eamq̄ poterat omnia conferre or-
namenta, atque admirabilem penè reddere.
Maia verò natus haud tanti sanè erat, vt ta-
le tantumq̄ munus exornaret, ac mortali-
um pectora delectatione perfunderet. Aequè au-
tem mihi humanitate tua freto actum videtur
¶ 2 esse,

Ex Libris Zanichellianis —

esse, cum inuenta hac mea fortasse non inutilia,
licet minimè expolita, tibi, maxime Heros, obtu-
lerim, atque dedicauerim. Quis verò mortu-
alium te animi bonis, atque corporis antecellit?
quis maiora rebus ornamenta impertit? deni-
que quis aequè ac tu homines ad te rapis mira
qua præditus es sapientia? Excipe igitur, ob-
secro, ingenij mei primitias: eas enim, ut tibi
animum meum aperirem, id quod à pueritia
semper exoptavi, magnis quidem laboribus com-
paravi: cumque ea, qualescunque profectò sint,
principibus viris debeantur, voluntatem hanc
meam in te propensam aequi, bonique fac: si-
quidem id temporis si tanti non fuerint, an-
nuente te, εἰς μνημόσυνον observantia in te mea,
maiora forsitan movebo. Interim valde te ro-
go, ut rebus hisce meis opem feras, currentique
mihi addas calcaria: quandoquidem τὰ καλὰ
καλεῖται omnino sunt. Ausus id certè sum: et e-
nim tu ad omnia natus es; atque unus ipse
principis nomine dignus maximè videris, idque
neminem latet: nam & magna cum omnium
admiratione plurima sustines negotia, ijsque
diligenter præes, & Græcis, Latinisque literis,

scientijs omnibus ornatissimus es. Vale, teque
Deus ea, quae per dignus es, nominis amplitudine
decoret. Neapoli. Idibus Junij.

CIO. IO. XCII.

Illustrissimæ, & Reuerendissimæ D. T.

addictissimus

Fabius Columna.

AD LECTOREM.

PLANTARVM cognitionem, rerumque aliarum naturalium apud priscos, tum neotericos celebrem fuisse, ac summo honore habitam, quippe quæ proffit, atque delectet, non à Philosophis tantum, sed etiam ab Regibus, veteres testantur historia. Nec me cognitionis illarum utilitatem hoc loco afferre necessarium videtur, cum & qui Medicorum industria aliquando usus sit, cognitam habeat. Ac equidem testis esse possum, atque affirmare, nihil hominibus corporis incolumitatem præstare posse, nisi huius rei scientiæ usum: quo animalia quæque rationis expertia à natura edocta, nedum homines, à morborum periculis se tuentur, atque contra ea firma euadunt. Noscunt enim ipsa quæ sibi salutaria sunt: nos autem nisi ab aliquo edocti simus, aliorumque experimento, haud ea scire potuissimus. Hoc autem humani generis est peccatum, quo non modo quæ vitæ subsidia sunt, sed & salutis remedia labore consequi oportet. Quid enim vitam hanc viuere prodesset, si morbis quotidie illam afficientibus vexar emur? Bios enim à Bios esset. Morborum sanè frequens inuasio, qua cæteris studijs me abdicare eo tempore oportuit, Epilepsia præsertim, à qua Dei Optimi Maximi miseratione, beatæque Virginis matris intercessione euasi, in hac mentem adduxit meam. Hac enim de causa Hippocratis, Galeni, aliorumque scripta reuoluere cœpi: nam quod Medici pro morbi curatione faciendum responderent, an & antiquorum testimonijs comprobaretur, perpendere volebam: siquidem saluti, animoque meo satisfacere videbar. Sic etiam, an Medicorum formulas pharmacopola obseruarent, ac an & ipsi Medici, & pharmacopola, ea quæ syrupis pharmacisque componendis necessaria sunt, Plantas scilicet, Metallica, cæteraque, & compositionis modum, ratione, experi-

perientiaque comprobata agnoscerent. Quam cupiens scientiam
habere, Auctores, qui de Plantis, Animalibus, Metallicisque
descripserunt historias, perlegere volui; atque in ijs multa incer-
ta, atque incognita recentioribus, tum ipsis antiquis perspexi,
quæ vel rei ignoratione, vel eorum mutila, deprauataque histo-
ria, verborum, sensuumque difficultate, ab interpretibus, at-
que commentatoribus minus animaduersa fuerunt. Ea præser-
tim libuit ijs maximè incumbenti, qua potui diligentia, atque
studio inuestigare, atque exponere. Atque antequam ad dif-
ficiliorum interpretationem, atque cognitionem peruenire po-
tuissem, minima quæque primum, vel ipsa vulgaria scire me o-
portebat, non sine aliquo labore: quantumque in his adipiscen-
dis insudauerim, qui studijs hisce defessi sunt, facile intelligere
poterunt. Ab initio profectò Plantas, Animalia, ceteraque me-
tallica, quæ in manus peruenerunt, perquirere, atque inuesti-
gare, suisque historijs respondentia reponere, nemine quidem de-
monstrante, vel docente, (familiares id non latet) studio, le-
ctione, iudicioque, summa ingenij mei industria, visque fuit.
Postquam autem aliquem horum numerum, & magnam ferè
partem, eorumque rei inspectione, atque cum historijs collatio-
ne scientiam, adeptum me esse cognoui; an & alij eiusdem rei
professores eo etiam modo, quo ipse, ea cognoscerent, denomi-
narentque eadem ratione, ipsorum colloctione certior fieri vo-
lui; atque ita me non inanem impendisse operam perspexi. Sed
hoc haud satis mihi esse visum est: quamobrem maiora exquire-
re statui, ut maiore hætenus diligentia me his studijs incubuis-
se ostenderem, atque si potuissem aliquid communi studiosorum
saltem utilitati excepisse viderer. Quod ut assequi possem, Dio-
scoridis loquendi modum, verborum proprietatem, & quomo-
do ijs usus sit, considerare cæpi, atque ut facilius possem, ver-
borum singulorum, similitudinum descriptionum, atque in illis
verborum magis proprietatem signantium, item plantarum si-
militudinum radice, fronde, caule, flore, semine, vel toto habi-
tu, ac

tu, ac denique cæterarum rerum, indicem ferè confeci. Ac eo ve-
luti regula quadam in plantarum inuestigatione usus sum, non
sine aliqua commoditate. Sed non pauca in eo considerata sunt,
quæ difficultatem afferre possent; verba nempe *ῥάμνος*, *ῥάμνιον*,
& *ῥάμνισκιον*, quibus herbas denominat, nullam cum fruticibus
affinitatem, nec similitudinem habentes: non enim lignosæ, aut
surculosæ sunt, nec fiunt senectute, sed succosæ, teneræ, & ab
radice foliosæ, quæ notæ sunt herbarum non fruticum, etsi eæ-
dem alarum multitudine diuidantur, quod forsitan poterit cum
fruticibus commune dici. Sæpè *καρπὸν* & *στέργμα* confundit.
Floris etiam similitudinem, nunc in forma, nunc in colore, nul-
la addita differentia describit. Foliorum etiam similitudinem
nunc in parte, nunc in toto, atque tam lobos, siue lacinias, quàm
folia *φύλλα* appellat, totum cum parte confundens. Plantas de-
nique flore, atque fructu carere, quæ vel serò, vel confestim
eos edunt, asserit, atque etiam illas, in quibus propter tenuitatem
difficile cognoscantur. In his autem animaduertendum est quod
idem Dioscorides in proëmio testatur, non omnes plantas se con-
spexisse, nec erat quidem facile, sed ex aliorum historia exce-
pisse, atque ab incolarum locorum in quibus plantæ orirentur
narratione plantas multas delineasse: non ideo mirandum si in
aliquibus peccarit. Quæ ut cognoscerem diu versatus sum in
ijs, tum lectionem historiarum, tum inspectionem rerum repe-
rens. Quare multa in singulis plantarum descriptionibus à me
obseruata conspiciuntur, quibus plantæ delineatio, atque forma
dilucidatur: quæ etiam per regula modum describi potuissent;
sed hic ea repetere viderer. His sic à me cognitæ, faciliore red-
dita mihi Dioscoridis delineatione, difficiliorum, incognitarum-
que plantarum nouam sententiam cæteris probabiliorem, ni fal-
lor, afferre minus laboris fuit. Quibus singulis rationem, obser-
uationemque plantæ necessariam addidi, in qua, Dioscoridis le-
ctio quæ verior sit, quæ plantæ necessariæ notæ, quomodo respon-
dere debeant, conspicuum erit omnibus. Plantarum etiam ab alijs
descri-

descriptarum confutatio agnoscetur, quam in fine cuiuslibet plantæ Historiæ apposui, ut cognita planta à me proposita, & cum Dioscoridis historia collatione facta, magis respondentem cæteris plantis, atque veriore facie, viribusque me descripsisse ex illis colligi possit. Atque veluti auri fabri faciunt, optimi auri signo in coticula prius facto, alterius postea, & diuersi auri probationem, vel improbationem collatione excipiunt: Sic Dioscoridis posita delineatione, quæ auro optimo signatam coticulam æmulatur, plantam cum illa contuli, quæ si forsitan non optima videbitur singulis partibus, haud dubito quin cæteras ab alijs descriptas in fine descriptionis collatas longè superet: id quidem efficere conatus sum. Multis enim plantis ab alijs nomen inditum cognoui, quæ, forcipe folijs illarum laciniatis, & serratis, nondum similitudinem assequi videbantur, nam vel magnitudine, vel paruitate etiam differebant, sicuti & substantia, viribusque. Multis etiam contra, quibus ampliora reddi folia oportebat, ut dignæ eo nomine censerentur possent. Alijs flores, siliquasque concinnare necesse erat, alijs totum plantæ habitum diuersum immutare: quamobrem quaslibet pro illis supponere melius erat. Quod non parum animum meum excitauit, ut pro illis magis respondentes, nisi genuinas possem, inquirerem, ac reponerem. Has æmulatione inuidiaque ab imperitis improbatum iri aliqua saltem parte non ignoro. Quibus ut recto animo has improbasse videantur, plantas pro illis veriores, magisque respondentes facie, & viribus afferre studendum est. Atque tunc maiore gaudio afficiar; cum aliquem mei æmulatione studijs vehementius incumbentem, communi utilitati veriora in lucem proferre cognouero. Non equidem ut aliorum refellerem plantas, sed ut veriores ostenderem, hac ἢ δὲ γὰρ scripsi: nec plantas hasce ita affirmare audeo constanter, quòd quibusdam meliores inueniri posse minimè censeam. Quod ut ipsemet assequar etiam atque etiam perquiro. Non enim pudebit si fortè meliorem de ea re sententiam, verioremq; plantam inuenero,

errasse me antea, vel hoc non animaduertisse fateri: αὐτὸ ἐφ' ἧς
γὰρ ἔστι τὸ ἀπαρτῆν. Atque mihi summis quidem laudibus
dignus videtur esse, qui spretam nonnullorum hominum sese mirè
iactantium opinione, δ' ὅτι ἐὰς ἐγὼ λῖδα, maximè probat. Nec
etiā hæc statuta sunt, sed iudicia rationibus confirmata, vel
potius suspicionibus, quibus semper certiora iudicia superuenire
poterunt, hisque veriora agnoscere possumus: atque ideo si quid
post harum editionem affecutus fuero veritatis, aut certio-
ris iudicij, quod non animaduertissem, tum etiam plantarum
non descriptarum, aliarumque rerum, in alteram editionem
huic adnectendam prolaturum me polliceor, nisi nouum Dioscori-
dem breui, verioreque commentatione, cū nouarum pluriumque
plantarum additione, iam inceptum, ut amicorum satisfaciam
voluntati, perfecero, & edidero. Qui haud suam poterit conse-
qui perfectionem, nisi huius rei studiosorum munere ac liberali-
tate plantas quasdam, metallicaque habuero: quorum non pau-
ca Ferdinandus Imperatus huius rei studiosissimus, qui rectè
κουινταπέρας habendus est, mihi dono dedit: ut or quidem eo val-
de familiariter, isque re suam erga me amorem patefacit: sæpius
enim Museum, plantasque viuas, quas innumeras summa dili-
gentia alit, conspiciendi copiam facit, ac earum semper multas
liberaliter offert. quamobrem etiam illi gratias agere debebunt,
qui aliquid ex meis lucubrationibus exceperint, nam nisi prius
plurium cognitionem plantarum assequutus essem, minimè in-
uestigare, atque eligere magis respondentem potuissem. Mul-
tas plantas mente, atque idea retineo, quas re ipsa videre non-
dum potui. Iccirco sæpius non tantum quas ipse alo plantas, &
quarum icones ipsis plantis noua quadam arte à me excogitata
effinxi, quarum non minimus est numerus, sed & spontè na-
scentes, semper cū possum, conspicere, considerareque conor,
ut aliquarum sese mihi obijceret inuestigatio. Non enim suffi-
cit satiuas videre plantas, nisi easdem quo oriuntur spontè loco
inspexeris. Cultu quidem plantæ multæ degenerant, sicuti &
& mala

*& mala cultura: multa etiam maximè gaudent cultu, alia ve-
rò marcescunt, alia nisi solis continuis radijs illustrata atque
calefacta sint, non crescunt, alia verò paucò vel nullo solis
aspectu perficiuntur. Sæpe etiam cultu, vel etiam negligenti-
a planta transfigurantur, atque folia diuersa emittunt, atque
mutatio etiam fit in sapore, odore, forma, & magnitudine tam
ipsarum plantarum, quàm fructuum, foliorumque: folia quidem
sæpius, vel angustiora, vel latiora magis, minusque lacinijs diuisa
fiunt secundum soli, cæli, & cultura diuersitatem. Alia quidem
gracile solum, macrumque amant, alia arenaceum, quedam sa-
bulosum, alia verò pingue, alia limosum, riguumque. Quibus de
causis non modò vel degenerant, vel fiunt latiores, sed etiam
sterilescere euenit: nam sicuti planta humore soli diminuto fru-
ctus perficere nequeunt: ita et si copiosum habeant alimentum,
lasciuientes humoris abundantia, copiosos incipientes edere fru-
ctus, illos postea ad perfectionem maturitatis deducere nequeunt,
atque ita exinanita pereunt. Quare & cultas, & syluestres oportet
conspicere, ut in syluestribus consideretur locus natalis, plan-
tae statura, & habitus, in plantarum cognitione perquam necessa-
rii: in cultis verò partes minima, & priuata, quae melius conspici
possunt: domi quidem cum illas habeas, sæpius ad illas te conferre
potes, atq; primo ortu ad seminum usq; perfectionem inspicere po-
tes ipsas: quod non ita in spontè nascentibus euenit. Hoc non parùm
obseruauit, & quotidie ferè idem facere oportet, atque non modò
plantas ipsas considerare, sed illarum historias, à Dioscoride præ-
sertim descriptas, in cuius textu præter aliorum scripta diligentius
plantarum notæ describuntur, perlegere non solum Latinè, sed
& Græcè visum est: multa quidem difficillimè, vel nunquam
cognouissem, nisi Græca verba, & loquendi modum obseruas-
sem. Atque hæc fuit ratio cur, Dioscoridis Græcum textum,
& Latinam ad verbum versionem in plantarum descriptionibus
singulis apposuerim, multa quidem hac mea dignoscentur ver-
sione, quam ab alijs diuersam esse iudicabunt, & forsani immuta-*

*tam atque depravatam. Cuius suspicionis causam Latinâ si cum
Græcis conferantur verba, cessare certum erit. Græca enim col-
lationis commoditati inseruiunt. Reliquum est ut ostendam Dio-
scoridis Historiam depravatam, atque adulteratam à posteriori-
bus plantarum professoribus, qui diuersas illas nomenclaturas
apposuerunt, quibus alij nominum communitate & varietate de-
cepti, multa diuersis nominibus inscripta capita adiunxere, qui-
bus plantæ describuntur eadem, nomine tantùm differentes: alijs
remotis ante proprijs viribus, alias contrarias ab alijs capitibus
differentis plantæ exceptas reposuere: multa etiam capita è lo-
co in alterum transtulerunt, quæ aliorum etiam doctiorum viro-
rum iudicio suspecta sunt: quapropter difficile quid de plantis
illis sit statuendum asserere possumus: quod verò coniecturis
assecutus sum suis locis videre licebit. Has igitur excipe hilarî
animo meas lucubrationes, & quamprimum Deo fauente quod
pollicitus sum expecta.*

FRANCISCVS MAVRVS

MAIDENSIS AD LECTOREM

HIERONYMI COLUMNÆ STUDIO SVM.



*EROVM sobolem insignem virtute
COLUMNAM
(Sic decessisset post tria secla) patrem
Pectore quiq; foues, dum te præclara morantur
Cantibus Aonias numina propter aquas:
Quiq; hauris nectar sitienti gutture, cuius
Ille dat assidua pocula plena manu:*

Vt tibi nil desit : videas planè omnia : mentem,
Vt pascas : fœtus edat ut ipsa novos :
Nunc foveas natum et Fabium tanto patre dignū:
Et pro sexcentis hic sit, ut ille, tibi.
Ingenia hinc absint mediocria : iussit Apollo :
Debentur summis summa theatra viris.
Quæ servat natura potens, sic finxit utrunque,
Aeternum ut tantus duret in orbe labor :
Utque sit exemplar rerum : ne dente timendo
Officiant nostris tempora seu a bonis.
Cultus uterque quidem est Latio, sermoneq; Graio,
Nympharumque Arni voce recludit opes.
Connectens adeò numeros felicia monstrat
Secula : felices reddit & arte viros :
Et patri, & nato Pallas fauitq; , tulitq;
Phœbus opem. Phœbus, Pallas & aqua fuit :
Illius astit animo insedit post maxima facta
Musarum egregium Calliopea decus.
Quale viro fuit ingenium ! qua præditus arte !
Per membra & quantus fortia sudor ijt !
Testis adest vates Calabris in montibus ortus,
Qui primus Latio dixerat arma sono.
Erutus ut tenebris micat ! ut cluet illa corona,
Vertice detulerat quam sacer Aonio !

Hic autem patri decus addens, cum sit alumnus
Verè inter paucos & Iouis ipse viros,
Indicis ingenio gaudet, quo gaudet Apollo:
Battus adhuc certè est, sit licet ille silex.
Ergo cum veterum sibi non arrideat aurum,
Scriptorum, atq; ipsum Lyncea decipiat:
Cumq; ardens cæcas cupiat dispellere fraudes,
Et cui debentur, tradere diuitias,
Aduocat optatum lapidem, signatq; **COLYMNA:**
Protinus & vires monstrat uterque novas.
Exprimit ille quidem syncerè: hic iudicat æquè,
Quæ bone te vates Delphice digna forent.
Sic iuueni nona nondum trieteride plena
Natura fines transilisse datum est.
Transilijt: testis Siren pulcherrima: testis
Pagina, quamq; dedit, quamq; daturus erit.
Felicem ô iuuenem! bene largi ô sidera celi!
Maior hic humana conditione nitet.
Ornat Aristotelem scriptis, ornatq; Platonem,
Et facilem mira præparat arte viam.
Condit in Euclidem, viuent quæ secula: viuent,
Donec metiri tempora Phœbe voles.
Sic legum incumbit studijs, sic iura recludit,
Vnus ut Astrææ munere celsus eat.

Desine

Desine mirari Dircaum Amphiona: quid non
Hic ad se numeris conuocat, & cithara?
Vulgares artes nec dedignatur: in ipsis
Nanque animi vires, dexteritasq; nitent.
Addit & inuentis, Heron qua monstrat uterque,
Et Phœbi digitis organa digna facit.
Si qua nunc dextra fingit, pingitq; fideli,
Spectasset natus, magne Philippe, tuus,
Lysippum haud tanti, tanti haud fecisset Apellem,
Ut ferrent primas docta per ora virum.
Quod tibi nunc præbet, diuino complet odore
Iam pridem Clarij templa superba dei.
Gratū erit at superis, dum sese effundet in amplum
Telluris gremium Iuppiter ipse pater.
Accipe tu facili dextra, vultuq; sereno
Munus, & id totum terq; quaterq; vide.
Non est doctrinis solum, formisq; loquendi
Concinnum, viuis stirpium & iconibus:
Verum quiq; herosa decent, quiq; æthere summo
Mortalem donant, moribus egregijs.
Sudores ergo ambrosios ne sperne COLUMNÆ,
Qui cepit scriptis seclabeare suis.
Interea huic Musæ cingamus bacchare frontem,
Ne noceat tanto noxia lingua viro.



Ἰσόπυρον

Isopyrum


INTER

PLANTARVM

ALIQVOT ANTIQVORVM

DELINEATIONIBVS MAGIS
RESPONDENTIVM HISTORIA.

FABIO COLUMNA AVCTORE.



Isopyrum Dioscoridis.



Σ Ο ΠΥΡΟΝ dictum est, *ἵπυρον* τοῦ πυρός, non πυροῦ: quia florem edit forma flammæ similem: flos enim ita simul cōgestos apices habet, vt ignis flammæ repræsentet: nam ex lata basi in acutum desinunt quinque illæ summæ partes contortæ, inque sese inflexæ, ita vt vento agitatum flammam demonstrent: pyramidales quidem sunt flores, vnde *ἵπυρον* τοῦ πυρός, τὸ πυροειδὴς, ignis scilicet speciem habens dicitur, indeque *πυραμίδες*, quia in modum flammæ in acutum, ex lato prodeuntes desinunt. Alij verò Phasiolon vocant ob similitudinem, nã vt Dioscorides ait, *κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρει*, in extremo folium capreolum producit: floris folium, *πέταλον* intelligendum; nam idem Dioscorides in capite de Vnguento Rosaceo ait, *ῥόδων ἀβρόχων ἀριθμὸς χίλια πέταλα*, Rosarum non madidarum numero mille folia. *ἕλικα capreolum*, quem Plinius hîc *pampinum* vertit, vt etiam alibi; eritque sensus: Floris folium in summo, si positum ipsius consideraueris, si verò partem, in ipsius extremo, producit *ἕλικα*, capreolum, capreoli quidem modo inflectitur: quod ex Plinij textu fit clarius, ait enim: *folium in pampinos torquetur: flo-*

Nomen
ἵπυρον
Ety-
mon.

Lib. 4.

Lib. 1.

A ris

Descrip-
tio.

Lib. 27.
6. 11.

Forma.

ris scilicet extremum in pampinum, capreoli scilicet, viticu-
læque modo tortuosum desinit. Similitudo autem inter Phasio-
lon & Isopyron erit, vt Isopyri flores in pampinos inflexi, Pha-
sioli florum ex petiolis simul dependentium positum penè re-
ferant. Quod perbellè, & exactè exprimit planta à me propo-
sita, totámque Dioscoridis historiam explere videtur, qui ait.
*Ἰσόπυρον, οἱ δὲ φασίολον καλοῦσιν, ἔστι τοῦ εἰκέναι φασιάλω, τὸ κατ' ἄκρον
τὸ πέταλον ἑλικά φέρειν. ἔπεισι δὲ κεφαλὰ ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ, λεπταὶ, σπερ-
ματίων πλήρεις, παραπλησίων μελανθίῳ τὴν γεῦσιν. τὸ δὲ φύλλον ἀνίσω.*
 quæ sic Latinè reddidi, *Isopyron*, aliqui *Phasiolon* vocant, *cùm
simile sit Phasiolo, eò quòd in extremo folium capreolum producit.*
*Insunt autem capita in summo caulis tenuia, semunculis plena, Me-
lanthio similia gustu: frons autem Aniso similis.* Differentiam ve-
rò frondis plantæ, & folij floris nemo, quod viderim, huc
vsque tradidit, atque Ruellius vir doctissimus vt perquam
Latinè Dioscoridem vertisse videretur, néue ipse ignorasse
hoc dici posset, Plinij textum mutilum, vel peruersum pro
versione descripsit, qui ait, *Isopyron*, aliqui *Phasiolon* vocant,
quoniam folium, quod est Aniso simile, in pampinos torquetur. Cuius
sensus erit, vt Dioscoridis textui, ex quo transcriptus est lo-
cus hic, consentiat: *Isopyron quod est Aniso simile, folijs intelli-
ge, aliqui Phasiolon vocant, quoniam folium, scilicet floris, in pam-
pinos torquetur.* atque ita putarem esse legendum. Planta hæc
radicem habet fibrosam, crassiusculam, pallidam, folia forma
foliorum Anisi, maiora verò, coloréque cæsia ex viridi, læuia,
petiolo longo, tenui, purpureo, & hirsuto adnascencia: tripar-
tita, vt terna folia habere videatur: sed vnumquodque folium,
 cùm planta est bima, vno enim anno non perficitur, in terna
cum petiolis diuiduntur, quæ etiam propter profundissimas
lacinias in terna videntur diuisa, non tribus petiolis, sed vno
ortu prodeuntia. Caulem edit hirsutum, subrubentem, rotun-
dum, tenuem, striatum, angulosum, bipedalem, aliquando
maiores, in cuius summo, & ramorum, ex folijs illis hærenti-
bus cauli absque petiolis, in terna diuisis, ita vt trifolia videan-
tur, tenues petioli Phaseoli modo prodeunt; qui propter flo-
rum grauitatem ex illorum extremo dependētium curui, dum
flores vigent, conspiciuntur: qui, ex quinque Consolidæ re-
giæ dictæ floribus simul coniunctis, singuli compositi viden-
tur:

tur : dependētque ita , vt illorum capreoli, tenuiores scilicet partes contortæ, superiores sint basi: itaque flammularum speciē quandam, repræsentare videantur : non solum forma, cum quinque illæ partes extremæ superiores sint viticulæ modo inflexæ; flammularumque simul speciē referant: sed etiam colore qui sunt rubri, nam alij vario colore cernuntur, cærulei, albi, lutei, alij multiplices, sed omnes eandem habent formam; Phasiolique florum positum, & ignis flammulas simulat: colore tantum, atque pluritate flosculorum differunt. Quibus deficientibus, eriguntur paulatim in dies petioli, perficientes capitula similia illis Melanthij, at non ita extuberantia, angustiora verò, atque tenuiora, ac veluti in plures partes diuisa, plena paruis seminibus nigris, angulosis, Melanthij nigri vulgaris forma, & colore, sed læuibus, nitidisque: sapore & gustu amariuscule, atque aliquantulum acerbo, vt Galenus vult, nigri Melanthij semina referentibus, vt si vtriusque plantæ semina gustaueris, paucam, vel nullam sentias saporis differentiam, quòdque semen, an idem gustaueris, nisi acrius Melanthiū esset vix cognoscas: neque acrimonia in nigri Melanthij seminibus sentitur, vt Dioscorides ait, quanta in Citrino, etsi adesse caliditatem, negare non possimus. Plinius verò nolens de gustu disputare, scripsit, *Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminibus Melanthij: quod ad formam referri videtur. sed hæc planta vtriusque descriptiones tuetur, cum formam Melanthij, & gustum referat; Dioscoridis historię, & Plinij varietati satisfaciens. Aprili mense floret, atque Maio perficitur: colitur hæc à studiosis, & in hortis propter florū elegantiam. In Germania, Francia, & Anglia, collibus, montibus, & pratis nasci asseritur. Vires huic tribuit Dioscorides scilicet. Huius semen cum aqua mulsa potum, dolores circa thoracem, & tusses sedat. Conuenit etiam sanguinem spuētibus, & hepaticis. Quas vires, excepta vi sistendi sanguinis, Plinius in sua transcripsit. Galenus verò, Isopyrum aut Phasiolum semen habet amarum, & subacerbum. Extergit itaque & incidit humores crassos cum hoc vt corpora cōtrahat & constringat. Quamobrem excreationibus pectoris conducit, & iecur expurgat, & sanguinem spuētibus non est aduersum: immo etiam iuuare creditur. Nam propter temperaturæ mixtionem contrarijs etiam congruere videtur. Neoterici sub Aquilegiæ, & Columbinæ appellatione, à corrupta forsan voce*

Lib. 6.
de simpl.
med. fac.

Tempus.
Locus.

Vires.

Lib. 6.
de simpl.
med. fac.

αήλον, vel φαξίλον, has vires huic tribuere: vt obstructis hepate, & vesica fellea regio morbo vtiliter dari possit seminis. 3. 1. cum Croci obolo: quæ vires ab illis Dioscoridis non dissentiunt: etiãque ad pestiferam luem commendant. Pena semen gustu esse tantillum adstringente, & temperatæ ex calore siccitatis, ideóque ad faucium, pharyngis, & tracheæ incendium & vicuscula eo vulgus vti. Non est Isopyron Dioscoridis Melanthij species illa, neque palustre Trifolium, cum neque vlla sit in illa nota Dioscoridis respondens: miróque Dodonæum virum doctissimum ita hallucinatum, vt Dioscoridis textum totum hic pervertere, & immutare voluerit, illius sensum, verbáque, atq; Plinij versionem minimè percipiens: & ideo quæ non intellexit, abundare, superfluáque censuit. Neque Vesicaria Indica, Pisum cordatum, vel cor Indicum dicta, à Pena, amici cuiusdam sententia, Isopyrum putata; cum sit repens, nec in illa rectè summum caulis dici possit, vt colligitur ex cap. de Chamelycæ. in quo dicit Dioscorides, non habere caulem, sed viticulos per terram stratos, neque flos in pampinos torqueatur, neque habet capitula tenuia, sed magnas vesicas, non semunculis; sed magnis seminibus ternis in singulis vesicis, & aëre plenas: gustu etiam Auctoris iudicio dissimili, Pisi scilicet: neque vires Dioscoridi respondentes, quis habere compertum habet, sed omnes, an sit Halicacabi species, dubitant: atque ita à folliculi forma denominatur. Nec, vt idem Pena scripsit, Phasioli πέταλον, quod nonnulli etiam *folium* interpretantur, habet, quod ipse ignorans, Dodonæo obijcit, vt intellexisse videretur. Sed iam demonstraui adhuc neminem non ignorasse. Quare planta à me proposita Dioscoridis Isopyrum habenda, cum neque sit quod aduersari possit, immo suam ipsius historiam dilucidat, adhuc tenebris obuolutam, propter verborum, atque sensus difficultatem, neque ab alijs, & ne quidem ab interpretibus enodatam.





INTER

*Aegyptiorum Malinathalle Theophrasti,
Anthaliium Plinio,*

Nomen.
Lib. 4. c.
10.
Descrip-
tio.



NTER edules radices quas Aegyptus fert, Malinathalles à Theophrasto connumerantur, ait. n. de ijs quæ in aqua oriuntur supra locutus: Εἰν δὲ τοῖς ἀμμώδεσι χωρίοις, ἀΐζειν οὐ πόρρω τοῦ ποταμοῦ, φύεται χῆ γῆς ὃ καλεῖται μαλιναθάλλη. στρογγύλον πρὸ χήματι. μέγεθος δὲ ἥλικον μέσπιλον, ἀπύριμον δὲ, ἀφλοῖον: φύλλα δὲ ἀφίπθιν ἀπ' αὐτοῦ ὅμοια κυπέ-
ρω.

Lib. 21.
c. 15.
Etymon.

Locis autem arenosis, haud procul à fluuio, nascitur in terra, quod Malinathalle appellatur, figura rotundum, magnitudine Mespili, sine nucleo, sine cortice; folia ut Cypèrus mittit. Ex quo textu Plinius mutuatus, pro, Μαλιναθάλλη, Anthaliium transcripsit: quod Græcè ἀνθάλιον scriberetur, ex ἀνά, & θαλέω, vel θάλλω, compositum, quod est regermino, parum distans à verbo μαλιναθάλλη, quod, ex μάλα aduerbium, & ἀναθάλλω conflatum est, significatque valde regermino, quod etymon proprium est huius plantæ, quæ, radice vnica fata, vt altera Diosc. Chondrilla se propagat, innumératque producit. Verba eius sunt haec. Anthaliium longius à flumine nascitur Mespili magnitudine, & rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio Cyperi. Cui planta, Trasi, appellata, siue dulces & esculenti Cyperi, similis admodum, eadèmq; esse videtur.

Forma.

Habet enim ex tenuibus fibris dependentes globulos, læues, rotundos, oblongos, ex aliqua parte magis extuberantes, extremum diuisum habentes vti Mali Punici fructus, Mespili coronam æmulantes: vt in pictura visitur, paucis lineis per obliquum circumductis, ac si pluribus partibus simul coniunctis, constarent, signatos: magnitudine, & forma ad fructum minoris Mespili ex genere Setaneæ, accedentes: quem nos hîc, quia molles, & esui aptos habet nucleos, Mespilum exossem appellamus: cuius & colorem etiam exterior pars refert: quæ excoriari nequit, ideo sine cortice dici possunt: cùm propriè cortex sit, quæ exui potest, inutilis, nihilque interiori parti, vel fructui obest: carnem intus continent solidam, albam, sine nucleo

cleo aliquo : sapore dulci ferè Castaneæ : folia emittit Cyperi nostratis vulgaris, at oblongiora ; caulē, & flores æstate eidem
Tempus.
 fimiles . Rara hîc planta, neque alibi, nisi in studiosorum pen-
Locus.
 sibus hortis culta visitur , è Sicilia extremis , arenosisque o-
 ris Austro expositis, vbi spontè oritur , aduecta. Cuius natales
 plantam confirmare videntur, cùm à Theophrasto dicatur,
Locis autem arenosis &c. ad differentiam plantarum in limosis, &
 palustribus locis nascentium, de quibus antea dixerat, ideó-
 que subiunxit: *haud procul à fluuio nascitur in terra, &c.* Plinius ve-
 rò ad differentiam Colocasîæ, & Personatæ, quas Nili sui do-
 tibus gaudere, ait: *Longius à flumine*, oriri tradidit. Ex quibus,
 & superioribus colligitur, arenosa, Austrinâque non sicca ni-
 mis loca Malinathallen adamare . *Hæc incolæ*, sequitur Theo-
 phrastus, *legentes, in bryto hordeaceo decoquunt, dulcia admodum effi-
 ciuntur, hisque pro bellarijs vtuntur.* Plinius, *mandunt igni paratum.* &
Lib. 21.
 alibi, *Anthalyj, quod Aegyptij edunt, nullum alium reperi vsum.* Mat-
c. 29.
 thiolus verò in Veronensium agro oriri asserit: atque ibi pue-
 ri plenos quasillos vænum circumferunt, vocântque *Dolce Trasi:*
Vires.
 crudas, coctâsque esitant in bellarijs . Harum cremor vt tra-
 dit Matthiolus pectoris, & laterum vitia expurgat, quo fit vt
 tussientibus perutiles sint . Tunduntur enim maceranturque
 carni iure, & inde per linteolum exprimitur cremor, quem
 etiam venereis potionibus miscēt recentiorum nonnulli. Idem
 cremor potus ad vrinæ ardores valet, & ad dysenteriam, nam
 humorum acrimoniam retundit, præsertim ex aqua potus, in
 qua candens ferrum extinctum fuerit . Sunt hæ radices vt ex-
 perientia, & dulcedine conijci potest, in moderatè calfacien-
 tium & humectantiũ genere. Sed flatus quodammodo gignunt.
 Sunt qui Theophrasti esculentos Cyperos esse iudicent, quam-
Lib. 6. de
 obrem illius textum adducunt, in quo saporis, odorisque gra-
causis plã
 tia si in radicibus insit plantarum, cur reliqua eorum minimè
ta. c. 16.
 respondeant, rationem reddit: & exempli gratia adducit,
Graminis, Cyperi, Betæ, Apij, Equapij, atque eorum quæ in paludibus,
atque fluuijs idonea cibo proueniunt. Quo loco respondetur, Theo-
Li. 1. c. 16
 phrastum, nusquam Cyperos differre radicibus, & sapore tra-
Li. 4. c. 9.
 didisse . Sed semper inter palustres, atque in aquis degentes
Sc. 11. de
 plantas illos connumerat, atque odoratas radices habere ait: *plan. li. 6.*
de cau. pl.
 nec in sequenti capite Cyperum inter odoratas recensuisset,
tam c. 17.

tam breui interuallo absque vlla differentia mentione, si de alio Cypero, dulci scilicet, atque radicibus inodoris, forma etiam differentibus in antecedenti capite verba fecisset, pro quo Trasi planta hæc intelligi posset; cum è memoria tam citò, quod de priore Cypero in antecedenti capite scripserat, excidere non potuisset. Quare hanc primò tuebar opinionem, ut scilicet textus in quo Cyperus, inter dulces radices connumeratur, sit corruptus, & pro κυπέριου, per ei, diphthongum, Cyperi latinè, κυπίου, per i, Gladioli scilicet sit reponendum, ut idem Theodorus Gaza in reliquis locis non sine errore vertit Cyperum; Cyperum, & Cypirum confundens; atque semper Gladiolum interpretans. Atque Plinij auctoritate motus Græcum textum emendandum eo loco putabam, ut κυπέριου, pro κυπέριου, haberet. In alijs de Cypero aromatico loqui videtur, Iunco scilicet triangulari dicto palustri, de quo Dioscorides, & Plinius cuius verba sunt hæc: *Quidam etiamnum vnum genus faciunt Iunci trianguli, Cyperon vocant. Multi non discernunt à Cypiro, vicinitate nominis. Nos distinguemus vtrunque, Cypirus est Gladiolus, ut diximus radice bulbosa &c. & inferius, Cyperus Iuncus est, ut diximus angulosus: & alibi, Idem & Gladiolum alterum, quem Cypiron vocant, & ipsum palustrem. & eodem capite superius. Bulborum generi quidam adnumerant & Cypiri, hoc est Gladioli radicem; Dulcis ea est, & quæ decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderosiorémque simul subacta.* Ex quibus, nullo pacto de Trasi planta, Theophrastum eo loco intelligere colligitur: nã si κυπέριου, Cyperi ibi habeatur, cum sit radicibus inodoris, forma differentibus, atque palustris, limosisque magis gaudeat locis; Cyperus erit: atque de eo intelligendum est, non qui in lapillosis locis, sed qui in aquis degit, de quo semper loquitur Theophrastus, qui propter maiorem humoris abundantiam ab aquis exceptam, dulciorem saporem reddit, aliquantulum astringentem, odoratum, cibo aptum atque suauem, recentem intellige: nam siccatus parum amarus, & odoratior efficitur: in sicco enim non est dulcedo ut idem Theophrastus ait, & de eo intelligit Dioscorides in capite de Cypero, nam alibi de recente radice intelligens, illi Chrysocomes radicem comparat, dicens esse dulcem, aliquantulum austeram, ut est, his verbis, γλαυκώδης οὐκ ἀπινῆ, κυπέριον ἴσως οὐσαν, ἐν τῷ γλυκεῖ ὑπαύστειρον: *gustanti non iniucundam, Cypero similem*

existentem ex dulci subausteram: & sic Trasi non poterit esse, quæ nullam habet austeritatem, atque arenosis, & in Sicilia, & Aegypto, quibus locis frequentissima, & spontanea est, oritur: indèque ad nos & Veronam forsan etiam adsportata, vbi colitur pingui riguòque terreno, vt ait Pena; sed hæc planta pingui agro sata facile corrumpitur, nam vermes radicem erodunt; in arenosis verò & glareosis vermes haud procreantur, plantaque lætior euadit, sed sæpe locus irrigandus est, nisi sit naturâ riguus. Quare cùm ibi de Cypero Theophrastus loqui videatur, non dubium est amplius, Trasi Plantam non esse Theophrasti Cyperum, quæ Malinathallen eiusdem plenè refert, forma, sapore, natalibus, atque vsu, in bellarijs scilicet vt Pena & omnes aiunt, etiamnum vbique expetitam. Quidam obijciunt huic plantæ, magnitudinem non esse Mespilo æqualem, atque de maiore intelligunt, quibus respondeo satis esse ad quamlibet Mespilorum speciem accedere, nam ex trium generum Mespilorum Theophrasti ad minorem Setanæ speciem, quam nos vt dixi, Mespilum exossem appellamus, accedit, & forsan tertio generi nobis incognito parem, aut maiorem, quod minus est: atque dici potest vt est in Aegypto maiores fieri radices propter loci opportunitatem, quare de hoc amplius non est differendū. Quidam nescientes etymon Anthalij, & Malinathalles, Malum Anthalium scribunt, putantq. ita appellari, atque alij plantam quandam exoticam pro Malinathalle demonstrant, fructu iuglandi nuci pari, quæ sit ne recipienda ignari sciunt.

Chrondilla prima Dioscoridis.




CHONDRILLA dicta fuit, *ἐπὶ τοῦ χρόνδρος*, quod *Nomen*, est grumus, & *ἵλεον*, quod continere significat, quasi continens grumos, quos Mastichæ similes esse ait Dioscorides his verbis: *Lib. 2. οὗτοι δὲ τοῖς κλωναρίοις αὐτοῖς ἐρίσκετε κόμμι ὅμοιον μάστιχα.* Plinius verò, *habet proximam terræ Mastichen tuberculo fabæ &c.* *Lib. 22. c. 22.* Planta hæc in aridis

aggeribus viarum aestate visitur hîc humi habens folia stragata, quæ vere erumpunt, primùm Cichorio similia, postea velocus.

B

rò la-



rò laciniosa magis efficiuntur, atque Soncho, vel Denti Leonis dictæ plantæ accedunt, carnosæ, fractu, facilia, lactisque plena: radicem longam: inueni illam trium pedum longitudinem æquantem, crassitie verò minimum digitum: foris subflauam, intus albescentem lacte turgidam: quam si extirpes, non tantam poteris diligentiam adhibere, quin saltem plicetur, atque tunc per obliquum finditur multis locis, exitque lac viscosum, quod pauco exinde tēporis interuallo, minúsue quarta horæ parte, vt gummi concrescit. In radice semper inuenies terræ glebulas ab eodem ipsius lacte concretas, dum magis vigeat planta, exudante; quod ita viscosum est, vt neque à digitis, dum recens est, aqua abluendo, remoueatur. Huic plantæ cūm caulis erumpit, folia quæ humi sternebantur, marcescunt ferè in omnibus: quamobrem rarò illa inuenies habere, aut flaccida pauca: qui trium aliquando pedum altitudinem æquat, prope humum hirsutus, atque asper est, reliquus totus læuis, rotundus, multis alis refertus lignosis, flexilibus, vt vna tantum planta, velut Genista, cuius colore, & habitu quadantenus similis videtur, scopam efformare possis: habet foliola ex interuallo alternatim parua, crassa, absque lacinijs, vel raris Linariæ, vel Genistæ similia, ex viridi etiam ad cæruleum vergentia, ex quibus singulis flores vt in Cichorio satiuo æstate exeunt luteo colore, parui, in pappos cum semen ematuruerit euolantes: quod oblongum, fuluūque atque hirsutum est. Tota planta, gustu est amaro. Hanc primam Dioscoridis Chondrillam statuendam esse censui, cūm suæ descriptioni congruere videatur: ait enim Dioscorides

Χονδρίλλι, ἢ δὲ καὶ τοῦτο κίχάριον καλοῦσιν ἢ σέριδα, τὰ μὲν φύλλα καὶ τὸν καυλόν, καὶ τὰ ἀνθή ἔχει κίχάριον ὅμοια, ὅθεν καὶ εἶδος αὐτὸ τινὲς εἶπον σέριδος ἀγρίας λέπτοτερον δὲ τὸ ὅλον, ὡς δὲ τοῖς κλωναρίοις αὐτοῖς δρίσκειται κόμμι ὅμοιον μασίχη, μεγέθει κυμαῖα. Chondrilla, quam aliqui Cichorion, aut Serion appellant, folia quidem, caulem, & flores Cichorio similes habet, quæ de causa quidam syluestris Seridis speciem esse dixerunt, sed tenuiorem totam: at circa ramulos ipsos inuenitur gummi simile Mastichæ magnitudine Fabæ, &c. Quam eandem describens Galenus ita inquit, Lactucæ agrestis simile quodam olus est, quod Chondrillam nominant, & citius in caulem erumpit; amaritudinem habens manifestam, & quendam viscosum, & album succum, &c. Quibus notis congruere videtur

Tempus.

Descriptio.

hæc, nam tota viscoso, atque albo succo est referta, & si quamlibet partem flectas, radicem, folia, caulem, ramos, flores etiam, ex rima vi orta lacteus succus exit, qui concrefcit paulò post Mastiches duritie, & colore, sed postea longo tempore nigrescit: & quamuis Dioscorides dicat, succum concrefcisci, in imis ramulis vertit Marcellus Virgilius, Plinium sequutus, qui ait, *proximam terræ Mastichen*; Galenus tamen hoc non tradidit, sed lacte quidem multo esse refertam, & viscoso; cum non semper hoc eueniat: euenire potest quidem vel humoris abundantia excrefcens, & hoc in radice semper inuenitur, vel aliqua vi exteriori, vt vento valido, aut alia, ab animalibus quadrupedibus ibi pascentibus, orta, qua ramuli flexi fuere, atque ita, parte illa curuata, rima efficitur, indeque lac exoritur, quod postea concretum inuenitur, vt pluries obseruauit, atque non solum in caule, sed ramis, frondibusque. In radice verò semper, atque in pluribus partibus, terramque adhærentem inuenies, atque nouum lac exire videbis, si parum illam flectes, atque concrefcere, vt dixi Mastichen referens; quod plerisque amicis ostendi, minimè hoc credentibus, numquam id obseruarant, nam plantam hanc flocci faciebant. Nulla ex alijs Chondrillæ nomine ab alijs insignita planta, hoc facere reperies: succum quidem illæ lacteum habent, non tamen viscosum, nec facile naturâ concrefcentem, immo nec longo tempore. Quare non amplius illas, sed hanc Dioscoridis primam Chondrillam esse dicas, atque vires à Dioscoride huic tributas, inesse scias, ait enim, *Inuenitur autem circa ramulos ipsos gummi Mastichæ simile, magnitudine Fabæ. Quod cum Myrrha tritum magnitudine Oliuæ in linteo appositum, menses ducit. Herba ipsa vnà cum radice contusa, admixto melle in pastillos efformatur, qui diluti nitro addito, vitiligines exterunt. Gummi verò etiam pilos agglutinat. Sed & radix recens ad eadem facit, si in ipsam acus tingatur, & pilis admoueat. Commodum est etiam ad viperas cum vino pota. Et succus ipsius aluum sistit, coctus cum vino & potus, aut per se ipsum. Quæ Plinius ita exarauit. Habet proximam terræ Mastichen tuberculo Fabæ, quæ apposita foeminarum menses trahere dicitur. Tusa cum radicibus tota, diuiditur in pastillos, contra serpentes argumento probabili. Siquidem mures agrestes ab his læsi, hanc esse dicuntur. Succus ex vino coctæ aluum sistit. Eadem palpebrarum pilos in-*
ordina-

Vires.

ordinatissimos, pro gummi efficacissimè regit. Dorotheus stomacho & concoctionibus vtilem carminibus suis pronuntiauit. Aliqui foeminis & oculis, generationique virorum contrariam putauerunt. Galenus verò, Chondrilla, & hanc quidam Serin nominant, est enim eiusdem ferè cum illa facultatis, nisi quòd gustu amariuscule est, ac proinde facultate siccantiore. Hanc Lobellius vimineam viscosamque Chondrillam vocat, neque gummi modo globulos concretos animaduertit, saltem in radice: neque illum sequentes, qui viscum melle nigro admixto, & huius radice ad auiculas capiendas idoneum à pueris factitari, asserunt.

Chondrilla altera Dioscoridis.




Hæc fanè Chondrilla dici potest, nam radices habet à quibus grumi pendent, Græc dicti: atque hanc Dioscorides, vt superiore 1, Chondrillam appellauit, tradiditque habere radicem rotundam, paruum, &c. his verbis, *ρίζαν δὲ λεπλὴν, ἑπακμον, κοῦφλιν, σρογγύλιν, &c.* Plinius verò exactiùs hanc describens ita ait, *radice Fabæ simili, aliquando numerosa: descripsitque confundens vtriusque plantæ descriptiones, primò secundam, secundo verò loco primam ibi, Habet proximam, &c.* Est igitur herba hæc in montibus saxosis, locisque in quibus terra non excedit dodrantem altitudine, nascens, vbi & Cistus, Agrioriganum, atque Calamintha oriuntur: longè à mari, ac etiam ab Austro tutis: radicem habet rotundam, paruum Fabæ magnitudine, succosam, parum lactescentem, albidam, quandoque ad purpureum vergentem, solidam, amarã (maior non excedit Auellanæ nucis formam, sed oblongiorem, læuem, atque cum effoditur nihil terræ retinet, ita vt pellucida, & quasi margarita videatur: quæ maior, vetustiorque inuenitur, tres quatuorue concauitates diaphragmatibus distinctas habere cernitur, atque ideo etiam *χονδρίλλη ἀπὸ τοῦ χόνδρου*, quod pro chartilagine, siue diaphragmate accipitur, vnde hypochondriū dicitur quia *ὑπὸ χόνδρου* positū est: flauescit, cōtrahitur, rugosaque efficitur: inueniuntur sæpe plures à tenuibus fibris albis per terrā repētibus dependētes, qđ Plinius animad-

*Nomen
Etymon.*

*Lib. 22.
c. 22.*

*Forma
locus.*

uer-



uertit, cum dicat, *radice Fabæ simili, aliquando numerosa*. Nam & vnus ex bubulis illis perficit plantam, eandemque plures simul ex fibris dependentes. Ex quarum principio erumpunt, autumno folia Cichorij minora, oblonga circumrofa, siue leniter sinuata, quarum inferior pars ad cæruleum tendit, dorsum habentia rubens, carnosâ, læuia, fractu facilia, atque tunc stridentia, vnde Herbarij hîc, *Herba stridola*, appellant, & lac amarum emanantia: maius folium minus est dodrante: è medio foliorum caulis assurgit vnicus, nudus, læuis, cauus, teres, rubens, lacte turgidus, pedalis, aliquando minor, vel etiam contra maior, secundum loci temporisque temperiem. nam Plinius habet, *caulem minus pedalem*, in cuius summo vnicus est flos luteus, Aprili mense prodiens, Cichorij, siue Dentis Leonis dictæ: cuius basis, & caulis prope illam, hirsutie nigra obsiti cernuntur: semen in pappos euolat maturum. Hanc alterâ Dioscoridis Chondrillam statui cum suæ respondeat historiæ ab eodem traditæ, scilicet, *Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος χονδρίλλης, φύλλον δὲ ἔχει πειβεβρωμένον, πρόμηκας, ὅπι γῆς ἐσρωμένον. καυλὸν δὲ ὀποῦ μέσον. ῥίζαν δὲ λεπτήν, ἑπακμον, κούφην, στρογγύλην, ὑπόξανθον, ὀποῦ μέσῳ. Est ἕτερον genus Chondrillæ, folium habens circumrosum, oblongum, humi sparsum: caulem succo madentem: radicem paruam, vegetam, læuem, rotundam, flavescentem, succosam. Quam ita Plinius transcripsit, Chondrillon, siue Chondrille, folia habet Intubi circumrofa similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro, radice Fabæ simili, aliquando numerosa. Quorum delineationem nulli aptare possumus, quæ bulbosas habeat radices, atque ex vnico bulbulo sato plantam separatam efficere possit, quæ etiam plures globulos habere possit, vt vult Plinius. Folia, etsi non sint strata in terra, vt in Cynoglossa, Plantagine, & similibus, nulla alia habet, præterquam illa quæ ab radice prodeunt, proximâque sunt terræ, quarum aliqua in terram conuertuntur, quæ in terra iacere dicere possumus. Quare nihil mihi videtur posse obstare, quominus Dioscoridis genuina censenda sit, præsertim cum ex Plinij textus supplemento clarior fiat, quem scimus ab ipso mutuatum multa transcripsisse in salutato hospite. Hanc Lobellius marinam Chondrillam appellat, sed hîc rariùs in maritimis inuenitur, & Perdicium Theophrasti, dubitatque an sit Dioscoridis Chondrilla*

Tempus.

Descriptio.


Lib. 22.

c. 22.

drilla; quare aliam describit Asphodeli radice, quam Matthiolus ignorans an & nobis oriretur, Constantinopolitanum Cichorium appellauit; quæ radicibus constat multiplicibus in mucronem desinentibus: Marcellum Virgilium virum doctissimum sequutus, qui ἑπακμον, non, *vegetam*, sed, *in mucronem desinentem*, vertit non animaduertens verbum ἑπακμον, ἀπὸ τοῦ ἑπακμάζειν deriuari, quod verbum, ἀπὸ τοῦ ἀκμάζω, & ὄπρ' conflatum est, quod, vigeo, & adolesco, interpretatur; atque *vegetam*, vel *adulescentem*, esse interpretandum vt omnes verterunt: atque etiam textum vult deprauare, vt non κούφω, *laeuem*, scilicet: sed κορυφώ, quod verbum, non legitur in textu Græco aliquo, nec in Ruellij versione quam multis locis impressam habeo, sed κούφω & pro eo *laeuem*, scriptum inuenitur: quamuis in Volumine de Plantarum natura aliter dicat, sed ibi historiographus, non interpres est. Quod ipsi neque satisfaciens, in Plinium verba vertit, quem hallucinatum putat, non percipiens, neque cognoscens quam lectionem, quamue plantam recipere debeat: in Matthioli demum incidit Cichorium Constantinopolitanum, in eum etiam insurgens, sed & pudere debuit ipsum etiam, qui illius scrutator fit, & quæ ipse scribit non considerat, plantarum similibus copia & lectionum conuolutus: illud tandem describit. Sed neque est, cum pluribus radicibus, non vnica propagetur, exceditque longè formam & magnitudinem vt ex Dioscoridis & Plinij textu liquet; neque aliquando, sed semper contra Dioscoridis & Plinij sententiam sit numerosa, atque multiplex; non vnica vt in planta à me proposita: quæ has vires habebit ex Dioscoride, *Vim concoquendi habent folia & caulis. Succus verò pilos in palpebris ag glutinat.* Myconius hanc strumosum Cichorium appellat, atque ad strumas curandas multùm conferre se experimento didicisse asserit, quinque aut sex integræ cum melle sumptæ radices multis continuis diebus mirum in modum profunt. Eadem, stillatitia aqua earum, & decoctum præstat, sed inefficacius: item conditum ex ijs cum melle paratum admodùm iuuat. Herbarij hîc fœmellis ad eliciendum lac vti sonchum vtilem vendunt; quæ illas parant ita; contundunt radices huius herbæ atque addito sampsucho ouis intermiscunt, atque placentas ex his confectas edunt.

Vires.

Alisma



Alisma, siue Damassonium Dioscoridis.

Nomen
Etymon.



ALISMA, quæ Alcea dicitur, atque Damassoniū, à vi propulsandi venena Leporis marini, & Ranæ rubetæ, opiūq. vt in Dioscoride legitur, nomina sunt. Lobellius verò Alismatis etymon esse ait à voce ἀλισμός, quod est maris allisio, atque iactatio, conueniréque Alismati, eo quòd in aquis degat. Sed si verum hoc esset, Halisma debebat scribere, nam α, spiritu aspero signatum est, ab Alismate alienum: atque verum esset si planta ab ipso proposita Alisma fuisset; sed certè longè satis est, nihilque Dioscoridis delineationi respondet, quamuis verba illius etiam peruertere voluerit, vt suæ plantæ responderent: & adhuc etiam multa desiderantur in illa planta, quæ apertè à Dioscoride describuntur, & demonstrabo: ait enim Ἀλισμα, οἱ δὲ ἀλκέαν, οἱ δὲ δαμασώνιον καλοῦσι. φύλλα μὲν ἔχει ἀρνογλώσσω ὅμοια, στενώτε-
 ra δὲ καὶ ἐπὶ γλῶ κλώμενα. καυλὸς δὲ λεπτὸς, ἀπλοῦς, ὑπὲρ πῆχυν ἔχων κε-
 φάλια, θυρσοειδής. ἀνθη λεπτὰ, λευκὰ, ὑπωχρα. ρίζαι ὡς μέλανος ἐλλεβόρου
 λεπταὶ, εὐώδεις, δριμεῖαι, ὑπολίπαροι. ὑδρηνὰ δὲ φιλεῖ χωρία. *Alisma,*
 quam alij *Alceam*, alij *Damassonium* appellant, folia habet similia *Arno-*
glossso, angustiora verò, atque in terram conuexa; caulem tenuem, simpli-
 cem, thyrsi specie, cubito altiorem capitula habentem: flores tenues, al-
 bos, subpallentes: radices vt nigri *Ellebori* tenues, bene olentes, acres, sub
 pingues. *Aquosa* amat loca. Ex hoc textu *Plinius* in suos libros
 c. 10. ita reposuit *Alismatis* Historiam. *Alisma*, quam alij *Damassoniū*,
 alij *Lyron* appellant. Folia ei *Plantaginis*, nisi angustiora essent, & ma-
 gis laciniosa, conuexaque in terram, aliàs etiam *venosa* similiter: caule
 simplici, tenui, cubitali, capite thyrsi: radicibus densis, tenuibus vt *veratri*
 nigri, acribus, odoratis, pinguibus. Nascitur in aquosis. Alterum genus
 eiusdem in syluis, nigrius, maioribus folijs, &c. Quorum delineatio-
 nibus quantum respondeat planta à me proposita ex hac de-
 scriptione patebit. Radicem habet in summo crassam maio-
 rem digitum æquantem, foris rufescentem, ex qua fibræ pallen-
 tes dependent circum plures, carnosæ, tenues, non dissimiles
Elleboro, odoratæ, atque gustu acres: folia emittit plura in gy-
 rum in terram inclinantia, pallido colore, læuia, carnosæ for-
 ma *Plantaginis* latifoliæ angustiore, sed nerui parum conspicui
 viden-

Descrip-
tio.

Lib. 3.

Lib. 25.
c. 10.

Forma.

videntur; in superiore & latiore parte serrata minutis, parvisque dentibus: quarum quæ proximiora sunt humo flaccida, atque languida sunt: caulem emittit, non è centro foliorum, sed ex radicis latere, cubitalem atque maiorem, cum planta vetustior est, supra quem radiatim foliola exeunt latiuscula, quorum vnicum triplo maius est, vt in pictura visitur, basim confidentia florum, qui inter ipsa velut umbella, aut corymbi dependent, ex albo lutescentes, parum odori, caui, tenues, in quinque partes in summo diuisi, ac si quinque foliolis essent constructi, floribus Primularum veris vulgò dictarum non dissimiles, calices ex quibus prodeunt, in imo habentes. Quibus siccatis fructus remanent rotundi, duri, apicem habentes; cortice molli in quinque etiam partes diuisa contenti, vt in Ocymoidum genere visitur: in quibus minutum semen, fuscum, angulosum, citrinæ Nigellæ simile continetur. Februario, & Martio mense floret, atque Aestate fructus perficit. In montosis oritur, rupibusque, in quibus ex altiore parte montis defluit humiditas, atque umbrosis locis frigidisque gaudet: in Palinuri rupibus humidis frequens. Hanc recentiores Vrsi auriculam appellant à forma, foliorum scilicet, quæ erumpunt, tunc enim auriculam imitantur: & Saniculam atque Paralyticam, propter insignes facultates, quas obtinet: atque propter florum præcocitatem inter Veris Primulas recensent; quibus congener est: quas Phlomidæ, siue Verbasculos putarunt (sed à Verbascis longè absunt) quarum plures species à plantarum collectoribus depinguntur, à loco in quo nascuntur nomine discretæ; nam aliæ, vt hæc montanis locis, aliæ syluis, aliæ pratensibus gaudent: at omnes quidem umbrosa humentiâque amant loca. His Fuchsius vir doctissimus, sub Verbasculorum nomine, aliud enim verius his inditum non erat, has vires tribuit. *Radicis decocto vesicæ, reniumque obstructions soluantur.* Quod etsi à Dioscoride non memoretur, à Galeno tamen hæc de Alismate, siue Damassonio proferuntur. *De hac herba in tertio libro tradit Dioscorides, quod eius radix epota dysenterias sanet, & aluum sistat, atque œdemata mitiget, sed nos ea quidem experti non sumus. Quod autem constitutos in renibus calculos aqua in qua decocta fuerit, pota comminuat: id certè experti sumus. Ex quo liquet quòd abstersoriam quandam facultatem obtinet.* Sequitur Fuchsius.

Tempus.
Locus.


Vires.
Lib. 6. de
semp.
med. fa-
cult.

fuis. Ius herbe propinatur & illinitur aduersus rupta, luxata, & liuentia: quod verò hæc eadem possint, temperamentum eorundem palàm docet: parum enim adstringunt, si gustaueris, amara, & modicè acria sunt: vt hoc nomine, desiccandi, & detergendi facultatem habere nemo dubitet. Et mulieres formæ studentes succo è floribus illarum expresso faciem illinunt, quòd maculas, rugasque & alia eiusdem vitia mirificè detergeant. Ad enterocelas thoracisq; vulnera commendantur ex Matthiolo. Plinius verò ex Dioscoride transcripsit hæc tantum. *Usus in radice vtriusque aduersus ranas, & lepores marinos drachmæ pondere in vini potu.* Quibus respondere videntur quæ de primulis congeneribus scribit Matthiolus: ait enim aquam stillatitiam ex florida planta exceptam vtilem esse in potu, languoribus cordis, & totius corporis: nam, vt periclitatores aiunt, mirum in modum auxiliatur, robúrque addit cordi. Flores impositi scorpionum, & venenosarum araneorum ictibus subueniunt: atque folia, flores, radixue, aut tota planta imposita, luem pestiferam atque vulnera sanat. Dioscorides verò ait *Radix drachmæ vnius aut duarum pondere pota cum vino commoda est his qui leporem marinum vorarunt, & quos rana rubeta momordit, & qui opium hauserunt. Torminibus, atque dysenterix per se, aut cum pari modo seminis Dauci, potui datur. Conuulsis, & ad vteri affectiones prodest. Herba sistit aluum, menstrua pellit, atque tumores illita mitigat.* Item Plinius de plantis ad strumas vtilibus verba faciens ait, *Damassonium quæ & Alcea vocatur, sub solstitio collecta, imponitur ex aqua cœlesti, folium tritum, vel radix cum axungia tusa, ita vt imposita folio suo operiatur. Sic & ad omnes cervicis dolores, tumoresque quacunque in parte.* Ex his quidem colligitur, & facie, viribusque plantam à me propositam Dioscoridis esse Alisma, siue Damassonium, omnibus respondentibus notis; quas longè abesse ab alijs Damassonijs siue Alismatibus putatis, quisque ex his iudicabit; radice quidem, folijsue aut ferraturis, caule, odore, atque sapore, viribusque minimè respondentibus quæque planta ab iisdem proposita eget, quæ hîc repetere prolixum foret. Est & alterum genus Alismatis à Plinio memoratum, de quo in sequentibus dicam.

Lib. 25.
 c. 10.

Lib. 26.
 cap. 5.

Alisma sylvaticum & pratense



Alismatis siue Damassonij genus alterum Plinij.

*Descrip-
tio.*

Lib. 25.

c. 10.

Forma.



Tempus.

Vires.

LN descriptione Alismatis siue Damassonij ex Dioscoride transcripta, Plinius addit hæc verba. *Alterum genus eiusdem in syluis, nigrius, maioribus folijs: & infra primam Alismatis descriptionē, hæc verba intermiscet: aliàs etiam venosa similiter.* Ex quibus verbis innotescit, quas depictas affero plantas, & eiusdem generis, secundum esse Alismatis genus Plinij. Radicem enim omnes habent Ellebori modo fibrosam, pinguem, tenuem, odoratam, & acrem, ex qua folia in gyrum humum operiunt parum ab ea elata, lactucaceis proxima, inferiore parte hirsuta, venosa, siue neruosa multum, quamobrem crispa visuntur, per ambitum leniter sinuata, colore viridiorē, saturiore primo Alismate depicto, quare Plinius nigrum genus appellauit, & rectè. Harum prima depicta non thyrsi specie caulem, & supra eum capitula, sed plures cauliculos nudos, atque hirsutos promit, in quorum summo singuli flores ex calice prodeuntes insunt, ex albo lutei, odoratique, quibus siccis vascula remanent semina habentia parua, subrotunda, fusca, quæ Maio perficiuntur. Secunda verò, caulem, atque flores, Alismatis primi generis modo emittit, etiam concolores. Omnes primo Vere florem edunt, indeque Veris Primulas, recentiores appellarunt, alias verò syluaticas, omnibusque easdem vires tribuere, eorundem experimento cōprobatas. Quod animaduertens Plinius dixit, *Alterum genus eiusdem in syluis nigrius, maioribus folijs: Vsus in radice vtriusque aduersus ranas, & lepores marinos, drachmæ pondere in vini potu.* Quibus subscribenda sunt quæ supra in descriptione primi Alismatis generis reposui: nam & recētiores, sicut antiqui omnibus easdem vires tribuere. Harum alias congeneres in plantarum collectoribus sub Primulæ, Saniculæ, Vrsi auriculæ, & Paralyticæ nomine videre poteris, quas omnes sub Alismatis & Damassonij nomine comprehendes: atque alias montanas, quæ in montibus oriuntur, alias syluaticas, alias postremò pratenses, non Primulas, sed Alismatis nomine insignitas plantas, appellabis.

Acinos Dioscoridis.

κινος dicta fuit planta hæc ab, *α*, litera, que nota est priuatiua, & verbum *κινέω*, quod significat, mollio, moueo, incito, cieo; vnde *κινεῖ κοιλίαν καὶ ἔμμηνα*, dicitur apud Dioscoridē, ciet aluum & menses: hæc autem, quia contrariam habet facultatem, scilicet quòd menses, & aluum pota sistat Dioscoridis sententia, ideo *ακινος* dicitur, quia *ακινεῖ*, vel *ἴσῃσι κοιλίαν, καὶ ἔμμηνα πινόμενη*, quam ita descripsit Dioscorides, *Ακινος, ἢ ακονος, πῶα ὄσι λεπτόκαρπος, σεφανωματική, παραπλησία ὠκίμῳ, δασυτέρα δέ, καὶ εὐώδης: παρ' ἐνίοις δὲ καὶ κηπύεται.* *Acinos*, aut *Aconos* herba est tenuibus surculis, coronaria, admodum similis ocimo; hirsutior verò, atque bene olens, apud aliquos in hortis plantatur. Plinius verò de varijs oleribus verba faciens subiungit: *Acinos, quam Epipetron vocant, quæ nunquam floret.* Ex quo textu multi opinati sunt eandem esse cum Epimetro Theophrasti à vocis similitudine, quod absque dubio est; rationem affero, quia Plinius illa, inter quæ de hoc Acino mentionem facit, ex Theophrasti capite octauo libri septimi exarauit: atque ex rebus de quibus ibi agit, si cum Theophrasti loco citato expendantur, perspicuū erit: vbi eius verba hæc sunt: *ἐνια δὲ καὶ ὄλας ἀνανθη, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίμετρον.* *Aliqua verò omnino flore carent, sicut Epimetron.* Quod etiam indicio fuit, vt etiam idem esset cum Epimedio Dioscoridis, cùm neque Epimedium florere dicat vnquam: idemque esse Epimedium Dioscoridis & Epimetron Theophrasti, à vocis quadam, & historiæ similitudine, atque Epimetron Plinij, qui & *Acinos* dici tradit; quo loco reponendum putarem, pro *Acinos, Erineos*, potius: quod nomen in diuersis illis Epimedij Dioscoridis nomenclaturis, inuenitur: cùm Plinij mos sit, diuersa ex varijs transcribere, atque hinc Theophrasti caput 8. libri 7. alibi verò Dioscoridis Epimedium præ manibus habebat, immemor Epimetri iam descripti: non enim semper potuit succisuiis horis, nocturnisque hæc expendere, lucemque videre, atque nobis ostendere. Quibus conuolutus Pena: putauit *ακινος* per *v*, scribi oportere, quòd sterilem signat, atque infæcundam plantam:

Nomen
Etymon.

Lib. 2. c.
de Bras-
sica.

Lib. 3.


Descrip-
tio.

Lib. 21.
c. 15.

Lib. 7.
c. 8.

Lib. 27.
c. 9.

plantam: & in Matthiolum insurgit, vt solet, trabem etiam suam minimè videns: sed de his hæcenus. Non est Acinos, quã Epipetron vocant, Acinos Dioscoridis, nam idem Plinius de
 Lib. 21. eo loquens ait, *Acinon, & coronarum causa, & ciborum Aegyptij se-*
 c. 27. *runt: eadèmq; erat quæ Ocimum, nisi hirsutior ramis ac folijs esset, & ad-*
modum odorata. Ex quibus verbis clarè liquet Acinon cibo aptã esse, atque vtilem, cum eo feratur: quod contra est in Epipetro, vel Epimedio: secundò Epimedion, vel Epipetron, aut Epimetron ab omnibus flore carere dicitur, quod contrà esse in Acino Plinius his verbis demonstrat, *Eadèmq; erat quæ Ocimum, nisi hirsutior, &c.* Sed Ocimum non caret flore, ergo & Acinon flores habere est necesse, cum nihil ab Ocimo differre debeat, nisi hirsutie tantum, qua etiam nota à Dioscoride ab Ocimo distinguitur, cum *ὀκίμῳ παραπλησία* scribat, quæ verba & sententiam hanc, & Plinij descriptionem confirmant, cum illa præpositio *παρὰ* addat *πλησία*, in compositione verò vel nomini vel verbo adiuncta, proprietatem illius adiuvat, tam si rectum, quàm si iniquum significet, vt in linguæ Græcæ obseruationibus licet videre: & sic flores habere oportet vt Ocimum, cum ab eo hirsutie tantum differat. Quod argumentum ab alijs hucusque non est animaduersum, atque mihi sufficere videtur, vt flores Acinon habere, probare possit, præter illud quod alij dixere, quod coronaria cum sit, flores habere est verisimile, sed quidem non necesse. Quare plantam hanc pro veriore Acino affero, quam quotannis olitores Verno tempore ferunt, illamque *Vrtichella*, hîc appellant, eò quòd *Vrticæ* hirsutiem quodammodo referat; hirsuta quidem est, atque asperiuscula caule, & folijs Ocimo similibus, tenuioribus, oblongioribusque per ambitum serratis Mercurialis modo, flore æstate etiam Ocimo simili, paruo, purpurascete: diceres nisi aliud Ocimum agnosceres, genuinum esse Dioscoridis: folia enim habet Mercuriali similia, quæ Ocimi folia habere ait Dioscorides: cui nulla alia planta à Dioscoride descripta folijs Ocimo similibus, ita Ocimo, folijs, atque positu, colore, læuitate, & caule est Mercuriale similior: hæc autem ab illis differt tenuitate caulis, quod Dioscorides requirit, illiusque & foliorum hirsutie, quæ Ocimo & Mercuriali desunt. Odore est fragrantissima ad Caryophyllos aromaticos accedente: & si tantum illam tangis,



Vires .

tangis, remittit odorem, et si deinde manum naribus admouebis, iucundissimo odore nares ferientur. Quare admodum est odorata, & boni odoris, atque tam Ocimo similis est facie, ut non dubium sit Ocimi speciem esse, cum hirsutie tantum atque caulis tenuitate differat. Acini mentionem Galenus omisit: Paulus verò Dioscoridi se subscribens ita ait. *Acinos Ocimo similis, mediocriter adstringendi vires habet, quod clarè ex gustu mandendo percipies, ideoque aluum & menses pota sistit: imposita verò panos, & erysipelata curat.* In Plinij textu contrarias vires reperiri, sed non dubito quin error sit correctoris putantis calidas vires, aperientisque habere, atque sicut Ocimum urinæ difficultati succurrit Dioscoridis sententia, ita & hanc Ocimi speciem, & urinas, & menses ciere posse: ideoque *Ciet menses, & urinas*, scripsit. Quod etsi probari possit, utrasque vires Acinon habere posse, ut ab aliquibus factum est: tamen potius duobus textibus credendum censeo, quam vni contrarij rationem non reddenti. Non est Acinos Dioscoridis, quæ à diuersis ponuntur, multum enim ab Acini historia absunt, qua de causa alter, alterius putatum Acinon refellit, suæ subridens opinioni: sed nulla Ocimi folia habere perspicitur, neque cum Ocimo similitudinem illam refert, qua eadem dici posset, nisi hirsutior esset, ut Plinius ait ex mente Dioscoridis. Quare Plantarum auctor nesciens quam reciperet, inodoram illam, aut potius foetidam plantam, ubique viarum infestissimam, cum admodum odorata esse debeat, pro vero Acino appingere maluit, Lobelij, Penæque pœnam formidans: quam & ipsemet Clinopodium sylvestre appellat, quam ex Ocimis hirsutam plantam, ab ipso depictam Fuchsij medij Ocimi nomine considerare, an Ocimum hirsutum esset, & Acini nomine dignum, sed tantam iconum multitudinem, nedum plantas considerare haud poterat.



Alyssum Dioscoridis.

λυσον dicta fuit planta hæc, ἀπὸ τοῦ λυσάειν, quod est, rabire, & α, particula priuatiua, eo quod rabie priuat, vt Dioscorides de hac loquens, ait, δοκεῖ δὲ καὶ λύσαν κυνὸς ἰαῖσθαι, & Plinius, *Nomen accepit, quod à cane cōmorfos rabiem sentire non patitur.* Herbula est parua furculosa, radicē ha-

Nomen

Etymon.


Lib. 3.

Lib. 24.

c. 11.

Forma.

bens exiguā, albidā, tenuibus capillamentis diuisam, folia bina humi strata, rotunda, parua admodū, carno-
sa, hirsuta, atque asperiuscula, per ambitū paruis, rotundisque
incisuris ferrata: caulem edit aliquando vnicū, [& non mi-
nus inuenies vnicaulem plantam, quā ramis præditam] re-
ctum, rotundum, hirsutum sine alis, virgellam referentem, pe-
dem, vel sesquipedem altitudine vel longitudine æquantem:
aliquando multas alas, ex singulis foliolis imis, atque etiam
ex alijs superioribus cauli absque petiolo ex aduerso etiam
hærentibus, maioribus illis, quæ humi sternuntur, ex interual-
lo dispositis, ex orientes: quæ sicut & caulis, è medio ad sum-
mum vsque, flores paulatim edunt cæruleos, paruos, Anagalli-
di aquaticæ pares, atque concolores, furculis, & folijs tunc al-
ternatim dispositis, minoribus, oblongioribus, minúsque inci-
sis, interceptos: quibus deciditibus, in illorum locum fructus
hirsuti succedunt foliacei compressi cordis prima facie quo-
dammodo latiore formam æmulantes, *δισκοειδῆς*, vt Thlaspi
fructus, duplici membranula constructi, duplicis clypei oua-
lis, vel rotundi, alterius alteri hærentis iconem exprimentes:
dupliciter ex vtraque facie extuberant, ac si duorum clypeo-
rum alter alterius lateri coniunctus esset: atque ita intelligen-
dum est, non vt alij perperam, alterum alteri incumbentem cly-
peum considerarunt: nam si ita esset omnes plantæ hoc exprime-
rent, etiam quæ foliaceum semen habent; sed Dioscorides,
vt dixi, plantam hanc ab alijs hoc secreuit, vt fructus eiusdem,
quælibet scilicet membranula, duplicis clypei, latere alterius
alteri hærente, iconem repræsentarent; quam descriptionem
hæc tantū planta & congeneres referunt. Hos quatuor fo-
liola circundant, vt in Anagallide visitur; intus femina parua,



oualia compressa, flauescencia cōtinentes, quæ veluti dorsum in medio magis eleuatum habent, ideo Dioscorides, ὑπόπλατυ σπέρμα dixit, quibus perfectis folliculi aperiuntur, seménque decidit. Tota planta gustu amaricat. Aprili mense florere incipit: Maio perficit fructus. In editis locis & sole illustratis, saxosis, non cultis, parietibúsque híc oritur, & etiam vallibus, pratensibúsque, sed non ita frequens. Totam videtur explere Dioscoridis historiam, qui ait. Ἀλυσσὸν φρυγανίον ὄζειν ὑπόπλατυ φύλλα ἔχον στρογγύλα: παρ' οἷς ὁ καρπὸς ὡς ἀσπίδισκία διάδιπλα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα ὑπόπλατυ. φύεται ἐν ὄρεινῶις καὶ τραχέσι τόποις. *Alysson virgultulum est, in aliquibus legitur, vnicaule, subasperum, folia habens rotunda, iuxta quæ fructus velut duplices clypeoli, in quibus semen subcompressum: oritur in montibus, & asperis locis.* Diuersam ab hac plantam descripsit Plinius his verbis post Erythrodani descriptionem subiungens: *Distat ab eo, qui Alysson vocatur folijs tantum, & ramis minoribus,* Ex quibus patet similem fecisse Rubiæ: & sic alia planta diuersa est ab ea, quam Dioscorides descripsit folijs rotundis, quæ non potest cum Rubia aliquam habere similitudinem, cum plura folia caulem cingere deberent, vt Rubiæ similis esset; sed cōtra est, atque hoc confirmat diuersa illa nomenclatura Dioscoridi apposita, ἀπλόφυλλον, quod verbum, simplici folio plantam designat: vt scilicet simplex folium caulis lateri hæreat, nō plura simul ex eadē parte, vt in Rubia, quæ terna vtrunque ex opposito habet hærentia: quod nomen à Rubia longè alienum est, & planta à me proposita referre videtur, præsertim ex medio ad summum, in quo clypeoli insunt, à quibus ἀσπίδιον, nomen fuit huic impositum, ob eorum similitudinem & frequentiam. Quare Plinius, vel aliam descripsit plantam, vel in transcribendo, Dioscoridis textus caput antecedens proximum Alyffo, Aparines scilicet, alterum pro altero exarauit, cum Aparinen folijs tantum, & caule minoribus esse, atque in eo ab Erythrodano differre omnes sciant. Neoterici verò diuersas pro Alyffo Dioscoridis depinxere plantas, quarum nec aliqua respondere videtur, cum vel folijs sit longis, læuibus, vel etiam hirsutis, nec rotundis, non φρυγανάδης, nec folliculos caule, & folijs interceptos, sed in spicam in summo dispositos habeat, contra Dioscoridis sententiam, qui descripsit vt folliculi hærent folijs, ibi παρ' οἷς ὁ καρπὸς, &c. vt etiam in alijs plantis quæ fructū caule,

Tempus.

Locus.

Descriptio.

Lib. 24.

c. 11.

Varieta-
tes.
Vires.

Lib. 6. de
simpl.
med. fa-
cult.

caule, & folijs interceptum habent, vt Lithospermon, & Polygonon, & similes. Nec alio modo habere possunt, si Dioscoridis textui respondere debent, quod, alij quia ab ipsis depicta planta non referebat, non sine errore pertransierunt, aut non animaduertent. Hanc pro Veronicæ specie, vt ab alijs dicebatur, minore primùm afferebam ab alijs non depictam, vel minus rectè expressam si depinxerunt, alijs non dissimilem, nisi quia folijs sit rotundioribus per ambitum rotundis crenis diuisis, hirsutioribus crassisque & caule aliquândo recto, vel supino: flore verò, fructibusque non disparibus, item sapore viribusque. Quare alias Veronicas iam receptas humicaules, & supinas Alyssi varietati adscribendas putarem: Multis quidè viribus pollent, vt recentiorum experimento constat. *Ad cruenta, scilicet, & vetera vlcera, & vulnera sananda mirificè conferunt. Scabiei, & omnibus cutis vitijs medentur. Tumores discutunt potissimùm in ceruice: contra tussim, & vitia pectoris, pulmonisque datur stillatitia aqua potanda: Iocinoris, & lienis obstructiones aperiant: vterum, renes, & vesicam expurgant. Ad febres, contagiososque morbos, trium drachmarum puluis siccarum, epota cum Theriacæ drachma ex vino commendatur, si verò statim operiantur, vt sudent ægri. Dioscorides verò ait, Huius decoctum potum singultus qui sine febre sunt soluit. Idem facit detentum, aut naribus admotum. At cum melle tritum lentigines & maculas solares depurgat. Videtur & Canis rabiem sanare, cum cibo contusum & exhibitum. Sed & in domo appensum salutare esse dicitur, tum hominibus, tum alijs animalibus, ne à fascino lædantur. Quin & puniceo panniculo alligatum pecorum morbos abigit. Galenus verò scripsit, Nuncupata est hæc herba Alysson, quod mirificè iuuat morsos à cane rabido. Sed & rabienti quoque data sepe in totum sanauit: atque hoc ex totius substantiæ similitudine efficit. Dictumque prius est talem facultatem ex sola percipi experientia, & planè nulla constare methodo. Quod si quis ad multa experiat, cognoscet facultatem habere siccificam, & digerentem, cum hoc vt absterforium nonnihil etiam obtineat. Hac ratione vitiliginem & maculas faciei à sole procreatas expurgat. Quæ vires si conferantur cum superioribus à recentioribus descriptis, præter facultatem sanandi rabiem, quam nescierunt, eadem esse videbuntur, nam digerere, excutere, siccicare, abstergeréque conspicitur, atque Alexipharmacum esse. Ex quibus rectè poterit censerì plantam hanc Dioscoridis Alyssum facie, & viribus referre.*

Plu-

Plutarchus verò celebrauit Alyssum plantam, numerauitque inter eas quæ solo contactu, halitûe, aut aspectu prodesse homini possunt: non tamen contra rabidi canis maleficium, sed contra singultum. Verba eius sunt. τὴν δὲ ἄλυσσον καλουμένην βοτάνην καὶ λαβόντες εἰς τὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες ἀπαλλάττονται λυγμοῦ. λέγεται δὲ καὶ ποιμνίαις ἀγαθὴ, καὶ αἱ πολίοις παραφουδομένη ταῖς μάνδραις. Quin etiam herbam Alysson vocatam, alij in manus accipientes tantum, alij autem conspicientes, à singultu liberantur. dicunt eandem ouillo ἔ caprino pecori salutare esse prope mandras plantatam. quare ἄλυσσον dici oporteret, nam λύζειν, singultire significat: indeque nomen λύγξ, & λυγμός, singultus vertitur, deriuatur.

Sympos.
lib. 3. q. 1.

*Alysson Antonij Coi. Sideritis heraclea
Dioscoridis.*



LIAM Alyssi nomine plantam describit Antonius Cous, vt Galenus refert, his verbis. Lib. 2.

Ἄλυσσος δὲ ὅστις βοτάνη τῆς παρασίω παρεμφέρουσα, τραχυτέρα δὲ καὶ μαῖλλον ἀκανθώδης περὶ τὰ σφαίρια, ἄνθος δὲ φέρει κυανίζον. Alysson Marrubio similis herba, asperior tamen, ἔ magis spinosa circa orbiculos: flore ad cæruleum vergente. Quem sequutus Aëtius ita scripsit, Alysson, aiunt esse Sideritidem heracleam appellatam, quæ iuxta vias nascitur vbique, purpureum florem habens, ἔ folia crassiora, ita Latini codices habent, sed ego puto pro, folia crassiora, in græco textu esse scriptum, φύλλα παχύτερα, quo loco reponi debet, φύλλα τραχέα, folia aspera, hirsuta scilicet, nam illud comparatiuum παχύτερα, non refertur ad vllum positium, atque in textu Sideritidis Dioscoridis τραχέα, etiam legitur, hoc animaduertit etiam Gesnerus. Quam descriptionem si cum Dioscoridis delineatione Sideritidis heracleæ conferas, eandem esse censebis: in qua Dioscorides diligentior videtur in foliorum descriptione; nam postquam Marrubio similia esse dixit vt exactiùs illorum exprimeret formã, oblongiora esse dixit, minorãque ad Saluiæ foliorum formam, aut Quercus accedentia, nam & Marrubio longiora data proportione sunt. eius verba sunt hæc. Σιδηρίτις, οἱ δὲ ἠράκλειαν, πῶς ἔστι φύλλα ἔχουσα ὅμοια παρασίω, ἐπιμηκέστερα δὲ τὰ τοῦ ἐλελισθαίου ἢ δρυός,

Lib. 2.

c. 11. de Antidofertis.

Descriptio.

Tetra-bibl. 1.

ser. 1. c. de Alyss.

so.

Lib. 4.

δρυός, μικρότερα ἢ τοὶ καὶ τραχέα. καυλοὺς, δὲ ἀνίησι τετραγώνους, σπιθαμιαίους, ἢ καὶ μείζονας, οὐκ ἀπιδεῖς ἐν τῇ γύσει, καὶ ποσῶς ὑποσύφοντας: ἐν οἷς ἐκ διασημάτων σπόνδυλοι περιφερεῖς ὥσπερ τρασίου, καὶ ἐν αὐτοῖς σπέρμα μέλαν. φύεται δὲ ἐν ὑποπέτραις χωρίοις. *Sideritis, quam aliqui heracleam appellant; herba est folia habens similia Marrubio, longiora verò, ad Salvia, aut Quercus folia accedentia, minora quidem & aspera. Caules edis quadratos, pedales, & maiores non iniucundi gustus, aliquantumque substringentis, in quibus ex interuallo verticuli sunt rotundi, ut in Marrubio, in quibus semen nigrum. Oritur in subpetrosi locis. Et sic Antonius Cous cum dicat Alysson Marrubio esse simile, atque etiã Dioscorides Sideritidem, Aëtius verò esse quam Sideritidem heracleam appellant: ijdem eandem plantam diuersis verbis atque nominibus descripsisse videntur: nam delineatio vnus duabus reliquis respondere videtur, quamcunque aptare velis: non solum forma, sed natali loco, & viribus. Quidam obijciunt Aëtium per modum loquendi dixisse, Alysson esse appellatam Sideritidem heracleam, sed certè ibi loco affirmantis est, verbum illud, aiunt; quod confirmo ex eiusdem Aëtij textu, vbi de remedijs commorsos à rabido cane curantibus loquitur, vbi ait. Danda est quotidie Hiera non ad purgationem, sed tanquam auxiliare medicamentum, nucis Auellanae magnitudine, cum cyatho decocti Salvia, aut herbae Sideritidis, quam heracleam appellant. Quidam etiam sola ipsa vtuntur, & multum prodesse dicunt, & propterea etiam Alysson, eo quòd rabiem eximat, ipsam nominant. Quod confirmat Paulus Aegineta verbis ferè iisdem. καθαίρειν δ' εἴ τὸν διὰ τῆς συκωνίας διδόντα κατ' ἡμέραν τοῦ φαρμάκου μετὰ ἀφεψήματος ἐλελισφαίου, ἢ τῆς σιδηρίτιδος τῆς ἱρακλείας, ἢ καὶ ἄλλωσον καλοῦσί τινες. Purgare expedit medicamento ex cucurbita syluestri, ita vt quotidie id exhibeas cum decocto Salvia, aut Sideritidis heracleae quam aliqui Alysson vocant. Ex quibus omnis dubitandi ratio infirma remanet: eademque est censenda Sideritis heraclea Dioscoridis, & Alysson Antonij Coi, & sequentiũ. Miror etiam Matthiolum dicere, se ignorare de qua heraclea Sideritide Aëtius verba faciat, cum duæ dicantur heracleae, prima scilicet, & tertia: neque animaduertit, Dioscoridem, primam heracleam Sideritidem communi appellatione ita denominatam afferre: tertiam verò à Crateua tantum ita appellatam referre: atque primam in petrosi, & secus vias oriri, tertiam verò in vineis locisque humidis, vmbrosisque atque à*

prima

Tetra-
 bibl. 2.
 ser. 2.
 c. 24.

Lib. 5.
 c. 23.

Σιδηροῖτις
Αλυσον.

Sideritis
Alyssum.



prima differre folijs & floribus, vt à Dioscoride traditur, & infra dicam suo loco; primam verò folijs ad Marrubium, atque etiam floribus, totaque forma, sed minore accedere, vt ex sequenti historia & icone patebit: eodemque tempore Dioscoridis Sideritidem heracleam, & Antonij Coi Alysson ex Galeno habebis. Planta hæc oritur hic circa latas vias vallium petrosas, aridas, vbi parum terræ supra petras inest. Autumno exit, atque Vere caulem edere incipit, duratque ad Aestatem. Radicem habet paruum, lignosam, fibris diuisam, ex qua folia mittit Marrubij forma, longiore tamen vt Dioscorides ait ad Saluiæ, proportione data, longitudinem accedentia, satis Chamædryo similia, parum maiora quæ prima exoriuntur ante caulem: hirsutie aspera, incana, atque per ambitum incisa, sed non tam profundè vt in Chamædryo: sed Betonicæ modo, quæ etiam Quercus folia habere ait Dioscorides: caules plures exeunt, quadrati, pedales inueni sponte; sed cultu parum maiores efficiuntur, parum repentes, ac veluti supini eriguntur, qui cum tribus digitis è terra eminent, flores habere conspiciuntur singulis geniculis verticillatos, vt in Marrubio, ex albo ad purpurocæruleum vergentes: qui, caules geniculis circum hærentes ex interuallo ornant: siccatis verò & decisis, remanent infundibula quibus continebantur, in quinque acutas, duras, pungentisque eminentes diuisuras desinentia, ita vt nisi quis hoc animaduertat, ab aculeis illis feriri sentiat, si decerpere tentauerit: folia geniculis hærentia minora, oblongioraque sunt primis. semen intus continent verticuli, fuscum, Iuniõque mense perficitur. Gustu adstringere sentitur, non iniucundo palato, aliquid amaroris & odoris habens. Ex his igitur constat plantam hanc & Sideritidem Dioscoridis, & Alysson referre Antonij Coi, cum natalibus, forma, viribusque conuenire videatur. Dioscorides sub Sideritidis nomine has vires huic tribuit. *Illita folia suapte vi, vulnera sine inflammationis periculo iungunt.* Galenus verò, *Sideritis habet quidem etiam abstergendi quandam facultatem, sed plurima eius pars humida est, & medio-criter frigida: pauca verò inest adstriclio: quare phlegmonem sedat, & glutinat.* Quæ vires si rectè expendantur cum superioribus, alteri Alysson tributis, quas easdem Aëtius & Paulus huic tribuunt, similes esse videbuntur, atque inter se secundum magis & minus

Locus.

Tempus.

Forma.

Vires.

Lib. 8. de
simpl.
med. fa-
cult.

& minus

& minus differre patebit. Modum verò vtendi hac ad Canis rabidi morsum ita Galenus ex mente Antonij Coi describit.

*Alysson herbam contusam, & cribratam reponere. Huius cum opus fuerit, Lib. 2. de
à cane rabido morsus cochlear exhibebis ex aquæ & mulsæ cyathis tribus, Antidot.
statim à primo die vsque ad quadraginta: sin minus, saltem primis septem c. 11.
diebus. Hanc inter Canicula æstus colligere oportet; exiccataque & cri-
brata seruanda est, vt expirare non possit. Aëtius vim purgantem ha-
bere tradit ab alijs minimè cognitã, si puluis Alyssi huius VI. Tetra-
scrup. pondere cum aceto, modico sale, ex aqua potui inspersa bibl. 1.
bibatur. Nō est Alysson Galeni, Antonij Coi scilicet, planta illa ser. 3. c.
Hispanica Marrubio similis, si nō est Sideritis heraclea, vt Pau 31
lus & Aëtius volunt: nec obstat dicere Galenum diuersis locis
de Alyssō, & Sideritide verba facere, nã nihil ob stare videtur,
cũ historiam Alyssi in lib. 2. de Antidotis, non ex mente sua,
sed ab Antonio Coo descriptã afferat, atque eo loco relatoris
vicem non scriptoris gerere videtur: ibi & aliorum veterum
etiam, remedia, antidota, & similia refert: & sic non est dubi-
tandum de hac mea sententia, cũ à duobus antiquis doctissi-
mis medicis Paulo Aegineta, & Aëtio comprobetur.*

Pycnocomon Dioscoridis.



PYCNOCOMON dicta est planta hæc ἀπὸ τοῦ *Nomen*
πυκνός, & κομῶν, à comarum scilicet densita- *Etymon.*
te, plures enim comas edit; vel quia coma
ipsa florum pluritate densa apparet. Huius
notas Dioscorides sic depinxit. Πυκνόκομον *Lib. 4.*

φύλλα ἔχει ἕμοια ἐνζύμῳ, τραχέα δὲ, καὶ παχέα, καὶ δρι- *Descrip-*
μύτερα: καυλὸν τετραγώνον: ἄνθος δὲ πρὸ τοῦ ἀκρίμου *tio.*

ἐμφερές. καρπὸν δὲ ὡς πράσου. ῥίζαν μέλαιναν, στρογγύλῳ, ὠχρᾶν, ὡς μικρὸν
μῆλον, γέωδες ὄζουσαν, φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις. Pycnocomon folia ha-
bet similia Erucæ, aspera verò, crassa, & acriora: caulem quadratum: flo-
rem Ocimi flori similem: fructum verò vt Porri: radicem nigram, rotun-
dam, pallidam, vt paruum malū, terram olentem: inuenitur in saxosis locis.
Plinius ita habet. Soluit & Pycnocomon Erucæ folijs crassioribus, & ra *Lib. 26.*
rioribus: radice rotunda, lutei coloris, terrā redolente, caule quadrangulo, *c. 8.*
medico, tenui, flore Ocimi. Quibus notis congruere videtur plau- *Forma.*

ta à me proposita, quæ radicem habet carnosam, obliquè geniculatam, veluti rotunda Aristolochia, extuberantè, luteam; in crassas atque plures fibras obliquè se circum diuidentem vetustioris Phu à me descripti radici similem. terram redolentem, gustu amaro, atque acri linguam mordente: caulè emit tit tenuem, purpurascens, ab radice ad summum vsque alis vndique diuisum, ramisque refertum, pedè, sesquipedem tres, quatuorue altum: folijs, singulis geniculis ex aduerso hærentibus superna parte hirsutis, crassis, duris, per ambitum diuisuris Erucæ syluestri similibus, incis: altiùs quam in pictura vifitur: verùm antequam caulem edat Plantaginis mediæ magnitudine, nullis, vel raris ferraturis diuisis, quod etiam in Eruca syluestri obseruatur, nõ semper folia habente incisa præsertim in imo, quæ Plantaginis angustifoliæ formam repræsentant: acri, amaroque gustu: folia ita geniculis caulis, alarumque hærent, vt quatuor facies caulis alisque tribuant, non dissimilibus caulis Ocimi, Mercurialis, atque Ebuli, quod quadratum caulem in suo superiore capite habere tradidit Dioscorides, & tamen caulis non quatuor habet angulos, sed folia geniculis ex opposito hærentia alternatim, illos caulis constituunt. In singulorum verò caulis, ramorumque summo, earumque alis, terna exeunt longo petiolo capita colore purpurocærulea nõ dissimilia illis Trifolij Bituminosi, vel Scabiosæ vulgò appellatæ, pluribus circumdata floribus, sed singuli flores Ocimi flores imitantur forma: quibus decidentibus fructus in illorum locum semina continentes oblonga remanent, eodè modo quo Scabiosæ vulgaris minoris, in capitibus parum oblongis: quorum forma & similitudine Dioscorides ait fructum edere vt

- Lib. 2. c.* Porrum, caput scilicet edere vt Porrum, cuius summum caput
de porro. comam idem Dioscorides appellauit, ibi ἡ δὲ κόμη αὐτοῦ, &c. &
Lib. 4. c. Psyllij etiam ibi, ἀρχεται δ' αὐτοῦ ἡ κόμη ἀπὸ μέσου τοῦ καυλοῦ, κεφάλια
de Psyl- δὲ δύο ἢ τρία ἐπ' ἄκρου συνασπόμενα, &c. *Incipit ipsius coma à medio cau-*
lio. *le; capitula verò duo, vel tria in summo contracta. & etiam alijs lo-*
cis. Sed quia plura capitula habet, & sic comas, Pycnocomon
appellauit. Quod autem Pycnocomon capitula habeat, testis
Lib. 26. est mihi Plinius qui ait, *Passim & in quacunque parte, ac maximo*
c. 12. *incommodo, nascuntur qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando ma-*
lum confectis corporibus. Remedio sunt Pycnocomi folia trita cum polen-



- ta, si nondum caput fecerint.* Ex quibus iam clarè liquet, Pycnocomon caput habere, atque Porri modo fructum edere, atque ita vetustiores codices, quos habere testatur Marcellus Virgilius, καρπὸν ὡς παύσου, Porri, scilicet, non πατίου, Marrubij, vt alij legunt, scriptum habent: à Dioscoridis instituto abhorrens, qui Marrubio verticulos tribuit & plantis illi similibus.
- Tempus.** Augusto mense incipit florere. Septembri verò semina perficit. Huius mihi Ferdinandus Imperatus ex fictilibus vasis in quibus alebat plures, auulsæ copiam fecit. Spontè ortam non vidi, quam magis etiam laciniatam esse accepi, atque minorè,
- Locus.** nam cultu caret: Fuchsius ait nasci locis incultis montanis, saltibus, ac interdum pratis etiã, & dumetis, atque subnigras habere radices: quam, cùm antiquum nomen ignoraretur, recentiores *Diaboli morsum*, vel *Succisam* appellarunt; quia tuberosum illud, à quo fibræ deducuntur, quasi præmorsum, corrosúmque visitur, sed non omnibus, nisi vetustioribus aliquando; quod cùm in alijs plantis euenire animaduertisset Pena, mauult, & rectè, ita dici ab vrente vi, qua bubones, & pestilentes carbunculos mordicat, quibus magno leuamento admoventur folia, atque in hoc acriorem esse Erucae folijs, cognoscitur expressè.
- Vires.** Fuchsius calidam, & siccam admodum esse testatur, cùm supra modum amara sit, atque acris. quare ait, *Præsentaneo remedio ad maturandos, atque adeò sanandos carbunculos adhibetur, si herba viridis trita imponatur, aut vinum, in quo decocta fuerit, bibitur. Radix per se estur, aut vinum eius decocti in vuluæ doloribus bibitur.* Hæc manuscriptum herbarium habere testatur. Atque hodie, inquit, cùm habeat discutiendi facultatem, & incidendi, vtuntur ad dissoluendos sanguinis grumos. Galenus ait, *de simp. Pycnocomi radix, fructus, folia, omnia digerendi, attrahendique habent med. fac. facultatem, vtpote quæ & gustu sunt acria: folia itaque tumores, & furunculos discutiunt: fructus valentior est: & hæc quidem efficere potest mixtus alicui digerentium cataplasmatum, cuiusmodi est, quod ex farina hordeacea conficitur: palos, & alia id genus infixæ ad extimam cutem elicit.*
- Lib. 7.** Porrò radix ad supradicta quidem deterior est, & infirmior, ceterùm bilem flauam expurgat. Quibus se subscribit Aegineta. Dioscorides verò addit aliqua, & ait, *Semen grauia somnia & tumultuosa facit, drachmæ pondere potum: tumores discutit illitum cum polenta: Spicula adaçtósque corpori aculeos, extrahit. Folia illitu tubercula & furunculos*

culos discutiunt. Radix eius in aqua mulsâ duâ drachmarum pondere, aluum soluit, & bilem extrahit. Aliqui alias vires Scabiosis tributas huic referunt, sed Scabiosas, quas hîc spontè ortas habemus, non habere acrimoniam percepi, & si aliquantulum amaricare palato sentiantur; præterea recentiores, & præsertim Pena, contrarias vires Scabiosis tribuere, nam in capite de Scabiosa, & Diaboli morfu in Aduersarijs, viribus ijsdem præditas esse illas scribit, sed in Observationibus de Cyaneo vulgò dicta, Chondrillas Scabiosas, Cyaneosque eandem temperiem habere, nempe refrigerantem, & siccantem. Quare hoc loco paruum illis fidem adhibendam esse censeo, atque non parum differre Scabiosas ab hac planta, etsi capitulis similes esse videantur. Quidam obijciunt huic plantæ, folia prima non esse Erucæ sylvestri similia, sed Plantagini, his ego; cum in alijs respondere videatur, ita respondi: non omnes plantas Dioscoridem, cum scripsit, vidisse; ut idem in proëmio testatur, sed quæ ab alijs sine contrarietate descripta inuenerat, exarasse; quare vel idem, vel is à quo transcripsit, plantæ caulem, sine primis folijs humi proximis, (quæ facilè pluuia intercedente terram tangentia marcescunt, ut in Glasto sylvestri cuius folia prima plantaginea non vidit, sed quæ caulē lactucæ modo cingunt, ideo folijs lactucæ similibus esse ait, sed certè fatium Glastū à sylvestri nihil differre, nisi cultu non est dubitandum) floridum atque perfectum delineauit: iccirco parui esse faciendum hoc iudicavi: sciens Antiquiores in describendis plantis non omnibus diligentiam adhibuisse, ut cuique exercitato constat: & ut dixi Erucæ sylvestris folia neque incisa in imo esse & latiora, & Dioscoridem non magnitudinem, sed formam foliorum semper designare, nisi expresserit illam ut solet. Quare his non obstantibus plantam hanc Pycnocomi nomen, formam, viresque cum referat, habere statui; adhuc incognitam, nec ab alijs animaduersam. Pena Pycnocomi nomine acanaceam plantam quandam describit, nulla prorsus facie Pycnocomi, quam nec ipse ausus est Pycnocomon esse asserere. Vim purgatricem recentiores in hac planta non cognouerunt sub Succisæ nomine. Diligens nunc, doctusque medicus, qui non ut alij Carri semitam sequatur; poterit huius plantæ radicis vim experiri, modo à Dioscoride descripto.

Semperuium tertium Diosc. & Plinij.

Nomen
Etymon.

Locus.
Forma.



TSI semper non uiuat planta hæc, cum tamē αειζωοειδής sit caule, folijs, floribus, atque viribus, Semperuiui nomen adepta est. Iisdem locis quibus congeneres aliæ plantæ, gaudet: petris scilicet humentibus; sata verò ubique prouenit. Huius radix parua admodum, fibrosa, atque multis capillamentis tenuibus est prædita: folia Portulacæ sunt latiora, maioris Semperuiui æmula, minora tamen, carnosiora, & rotundiora, præsertim antequam caulem edat, quibus folia Aristolochiæ Clematitidis Dioscorides comparat his verbis, φύλλοις ὑποστρογγύλοις αειζώου μικροῦ ἑοικόσι. : folijs subrotundis paruo semperuiuo similibus: succo magis referta, hirsuta, sinus quatuor in latiore partem habentia: caulem crassum, rubentem Tithymali Characiæ modo, atque succosum cingunt alternatim: aliquando multas radice tenus alas habentem supinas: quandoque unicum caulem rectum, in summo duabus, tribus uel alis diuisum, ubi folia paucioribus, binis tantum sinibus erosa conspiciuntur: in alarum cauo interceptus primus flos exit, postea que per alas dispositi ab imo incipientes alij prodeunt paulatim albo colore, lacteo uel, stellam referentes quinque radijs constructam, in medio quorum totidem siliquæ stellatæ, eiusdem formæ, & magnitudinis suboriuntur: exiguis multisque seminibus nigricantibus turgidæ, non secus ac secundum Sedum. Tota planta longitudine, altitudinē uel dodrantem ad summum æquat cultu: humilior est huius coma secundo Semperuiuo vermiculatis folijs.

Tempus. Maio mense floret, Iulio, & Augusto finitur. Sapore primum aquoso in fine adstringente sine aliqua mordacitate. Huic similem depictam edidi, sed minorem; quam spontè ortam vidi in pariete vetere ædis D. Antonij extra urbem, postea multis locis humētibus. toto habitu superiori est similis folijs, variat non sinuatis, magis ad Portulacæ folia accedentia, sed minora, flores non albos, sed luteos promit, eodēque tempore perficitur: gustu etiam simili. nec dubium est quin sit eadem specie & viribus; quibus ambæ easdem, quas reliqua duo genera

Sem-

Semperuiui habent vires, Dioscoridis sententia, referunt. atque tertij ab eodem descripti notas adimplere videntur: ait enim. Δοκεῖ δὲ εἶναι καὶ τρίτον εἶδος αἰεζώου, ὃ ἐνίοι ἀνδράχνω ἀγρίαν ἢ τηλεφίον ἐκάλεσαν, Ῥωμαῖοι δὲ ἰλλεκεβραν. ἔχει δὲ αὐτὴ παχύτερα τὰ φυλλάρια πρὸς τὰ τῆς ἀνδράχνης, καὶ δασέα. φύεται ἐν πέτραις. Videtur autem tertium genus Semperuiui esse, quod aliqui Andrachnen agriam, aut Telephion vocant: Romani autem Illecebram. Habet foliola crassiora, aliqui pro παχύτερα, πλατύτερα legunt & melius, vt etiam Plinius, nam comparatiuum πλατύτερα, latiora scilicet, refertur ad folia secundi Sedi, cuius folia crassa sunt, & rotunda, vermiculi modo, quibus crassiora non possunt esse; sed latiora certè, atque ideo similia sunt Portulacæ folijs, quare ita legendum est. Habet foliola latiora, Portulacæ proxima, & hirsuta. Nasceitur in petris. Ex quo textu Plinius ita transcripsit. Huic [supra alijs ante duobus descriptis,] similis est, quam Græci Andrachnen agriam vocant, Itali Illecebram, pusillis latioribus folijs, breviori cacumine: nascitur in petris, & colligitur cibi causa. Omnium harum vis eadem, perfrigerare, & adstringere, &c. Ex quibus colligitur eandem plantam esse, quæ supra à Dioscoride est descripta: viribus tantùm contrarijs differre videtur. Quare videndum est cui textui sit credendum, & quænam vires propriæ sint huius plantæ. Et certè non solùm ex sapore plantæ huius, quæ integras notas Dioscoridis, & Plinij in se continet, sed ex aliorum coniecturis, vires has, Διάραιον δὲ ἔχει, &c. Dioscoridis textui insertas, supposititias esse, est credendum. Plinium omnium primum Dioscoridis textum in suos libros transcripsisse nemo dubitat, etsi ab ipso nunquam memoretur; eoque tempore incorruptum habuisse existimandum est. Quãobrem si duorum fideliter historias transcripsit, & tertij quoque Semperuiui historiam, notas uirèsque simul incorruptè exarasse est credendum: nec ipse suo Marte illas vires descripsit, sed ab Auctoribus fide dignioribus transcripsisse, non tantùm has, sed omnem historiam fatetur. Quod clarè patet, nam Plinius describit primum, secundum, & denique tertium Sedum, nec singulis, nec primo tantùm adscripsit vires, ut in Dioscoride, sed in fine descriptionis omnium trium concludit dicens, Omnium harum vis eadem, perfrigerare, & adstringere; atque vires priuatim sequenter describit. Facilius igitur, veriùsque censendum est, eundem qui diuersas illas plantarum nomenclaturas

Lib. 4.
Descriptio.

Lib. 25.
cap. 13.

Vires.



Dioscoridi adscripsit, & has appofuisse vires Galeni commen-
tario deceptum, & nominis varietate, atque fimilitudine. In
Glossis enim Hippocratis Galenus tradit, Telephium speciẽ
effe herbæ, quæ, & Semperuiuum fylueftre, & Portulaca fylue-
fttris appellatur, à Romanis autem Illecebra. Quod Auctor qui
Emblemata in Dioscoridem edidit Basileæ impreffa animad-
uertit, atque alij etiam Commentatores confirmant, fed de va-
rijs nomenclaturis loquuntur, non de viribus falsò appofitis,
quod verius est: varia quidem illa nomina apud Plinium funt;
vires verò minimè. Verius igitur deceptus est ab historia Por-
tulacæ fyluefttris putans easdem vires habere Semperuiuũ ter-
tium, quia etiam Portulaca fyluefttris appellaretur: in quam
decipulam incidit Marcellus Virgilius etiam, qui ea quæ de
Portulaca fylueftri erant, tertio Semperuiuo adscripsit: ita re-
ctè factum existimans: non enim animaduertit contrariam
historiam à Plinio descriptam, magis Sedo tertio congruere,
veriorẽmque effe. Aliam igitur in mediũ afferam textuum con-
ciliationem, & primò, ut veritas agnofcatur, demonftrandum
est, fyluefttris Portulacæ historiam fupposititiã effe: & addu-
cor, quia nec in Plinio de hac fylueftri Portulaca, neque in Ga-
leno, qui etiam in multis Dioscoridem est fequutus, nec in Pau-
lo aliquid memoriæ inuenitur: atque rationi confentaneum
est, nullam effe inter fatiuam & fylueftrem, fpontaneam fcili-
cet Portulacam, differentiam: nifi magnitudine à cultu p̄oue-
niente, nihilque fapore & viribus differre, ut iam omnes alij do-
ctiores animaduertẽre, qui ab ipforum commentarijs penitus
caput illud abftulerunt. Sylueftrem Portulacam effe cenfeo,
quæ Peplis, & Peplion dicitur: nam hæc uerba Plinij mihi indi-
cio fuerunt, de fatiua Portulaca loquentis. *Est & Portulaca, quam* Lib. 20.
Peplion vocant, non multum fatiua efficacior; cuius memorabiles vfus c. 20.
traduntur, &c. Portulacę fcilicet fatiux, cuius vires multas de-
scribit: fylueftreis verò Peplij fcilicet, nulla alia est in illo men-
tio. Et apud Galenum, Peplion frutex succum habet velut Tithyma- Lib. 8. de
li, & nascitur plerunque circa mare; radicem habens inutilem, quemad- simpl.
modum & Peplos, &c. Apud Dioscoridem. Peplis, quam aliqui fyl- med. fac.
ueftrem Portulacam vocant, Hippocrates Peplion, in maritimis maxime Lib. 4.
nascitur, latè opaco frutice candidi succi pleno, folijs fatiux Portulacæ, ro-
tundis; infernè rubentibus: semine sub folijs rotundo, ut in Peplo: igneo
 F 2 gustu:

gustu: radix tenuis, &c. Ex quibus facile credendum est supposito-
 rem illum Peplidis descriptionem, Portulacæ sylvestris nomi-
 ne insignitam, ab alio aliquo Auctore descriptam, putantem à
 Peplide differre, cum ignoraret easdem esse plantas, Dioscori-
 di adscripsisse, cum deesset ibi sylvestris Portulacæ differentia.
 Ita etiam contigit Marcello Virgilio, qui putans sylvestrem
 Portulacam, eandem esse cum tertio Sedo; ob idem nomen illis
 donatum, illius historiam, atque vires capiti tertij Semperuiui
 reposuit: nominum, & notarum plantæ similitudine deceptus:
 ideòque inueniuntur eadem uerba, easdem uires Portulacæ syl-
 uestris, tertio Semperuiuo tribuentia. Integra quidem uerba
 illa in hoc tertio Sedo reposita inueniuntur, quæ si quis erudi-
 tus, ueritatis studiosus conferre uoluerit, eadem absque immu-
 tatione inueniet. Alij putant sylvestrem Portulacam non esse
 reijciendam, sed uires tantum illi adscriptas, tertio Sedo repon-
 endas: à quo illapsas esse censent. Alij Telephium & Sedum
 tertium confundunt, eandem esse plantam iudicantes. Alij
 uarias de hoc sententias iuxta ipsorum mentes tradunt, mihi
 minimè persuadentes. Hæc igitur mea, rectiorque uidetur sen-
 tentia: ut Peplis, Peplion dicta, eadem sit, quæ Portulaca syl-
 uestris Dioscoridi supposita, uiribus namque igneis ambæ sunt
 præditæ; forma etiam eadem. Quare expungenda erit Portula-
 ca hæc sylvestris igneis uiribus, exulcerantibusque Tithymali
 vires referens: & Peplis tantum remanebit, duplici nomine, ut
 iam à Dioscoride describitur, & à Plinio, qui nullam aliam ha-
 bet sylvestrem Portulacam, nisi Peplion dictam: quæ in mari-
 timis maximè nascitur, & feruidis collibus arenosisque ut aliæ
 maritimæ plantæ multæ. Telephium etiam à tertio Sedo differ-
 re, nam & in Plinio utrumque habetur, & ut Dioscorides ait.
Telephium folia habet cærulea, & binas alas in singulis foliorum geniculis,
atque inter uites nascitur, & culta loca. Sedum uero eiusdem senten-
 tia folijs est hirsutis, atque in saxis, & non alibi oritur. Sunt qui
 Sedum hoc, non folia hirsuta, sed densa, habere malunt, atque
 uerbum, *δασέα*, densa interpretantur, quod à Dioscoridis insti-
 tuto abhorret. Semper quidem uerbo, *δασέα*, utitur, pro *hirsu-*
ta, & pro densa, *πυκνά*, quod patet in multis, & præsertim in ca-
 pite de Aethiopide, ubi ambo ponit, ibi, *ἔχει τὰ φύλλα δασέα δὲ*
λίαν, καὶ πυκνά: *Habet scilicet folia hirsuta ualdè, & densa.* Quamob-
 rem

rem poterit verbum illud *δάσεια*, *densa* interpretari, et si, *densa*, etiam per translationē interpretetur, cū iam videmus Dioscoridem pro, *hirsuta*, accipere ad differentiam verbi, *λεῖα*, *leuia*, quę inter se sunt propriē opposita, & pro *densa*, verbo *πυκνά*, semper vti. Neque obstat caput Hyperici, & Britannicę, nam ibi etiam Dioscorides pro *hirsuta*, verbum hoc *δάσεια* accipit, & iam non solum pericarpium inuenitur hirsutum in Hyperico, sed & tota planta tomentosa: & si pro Britannica Bistortam accipias, folia non uidebis habere densa, pauca enim habet, sed pilosa saltem in auersa parte. Quare expuncta primū syluestri Portulaca, & deinde verbis illis Portulacę vires Sedo tribuentibus, tria Dioscoridis Semperuiua coniunges, vt in Plinio, & uerba illa post notas secundi Sedi, *τούτου τὰ φύλλα*, &c. in fine historię tertij Semperuiui repones, atque ita in pristinum reduces, *τούτων τὰ φύλλα δώαμιν ἔχει τῶ αὐτῶ τῶν ποσειδημόν .* Atque hoc loco potius Plinio, quā Galeno credendum censeo, qui duo tantū Semperuiua descripsit, Maius nempe, & minus; ideoque quidam putarunt tertium Sedum pro Telephio descripsisse, sed certē Telephium per se planta est viribus, nedū forma à Sedo aliena, neque cum Sedo aliquid commune habet, præter appellationum varietatem. Tertium Sedum viribus per omnia primo & maiori similibus esse, nisi quòd inefficacius, Auctor est Plinius, qui vt dixi refrigerantem, & adstringentem vim tribuit tribus omnibus Semperuiuis, atque semper similes viribus plantas has fecit, coniunxitque his verbis, *Αἰζουμ omne, sed è maiore succus efficacissimè . & alibi, Omnium harum vis eadem, perfrigerare, & adstringere . Medentur epiphoris folia imposita, vel succus inunctis . Purgat enim ulcera oculorum, explētque & ad cicatricem perducit: palpebras deglutinat . Eadem capitis doloribus medentur, succo vel folio temporibus illitis . Aduersantur phalangiorum ictibus, &c.* Plantę quę ab alijs pro tertio Sedo viribus acribus, cibus ineptę contra Plinij sententiam, depictę sunt, non hoc tertium Sedum, sed *ἀειζωοειδής* sunt, non vt à me propositę *ἀειζωούσιαι*, Et quę vermiculatis folijs est planta minima Plinij alterum, vel tertium Dactylum esse censerem: ait enim, *Sunt qui & aculeatum gramen vocant: trium generum: cū in cacumine aculei sunt plurimum quini, Dactylon vocant: hos conuolutos naribus inferunt, extrahuntque sanguinis ciendi gratia . Altero quod est Αἰζοο simile,*

Vires.

Lib. 26.

c. 13.

Lib. 25,

c. 13.

Lib. 24.

c. vlt.

ad

ad paronychias, & pterygia unguium, & cum caro unguibus increuit, utuntur cum axungia, ideo Dactylon appellant, quia digitis medeatur; Tertium genus Dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis, aut tegulis. Huic caustica vis. sistit ulcera quæ serpunt.

Solanum Manicum Dioscoridis:

Nomen.

Lib. 4
Descrip-
tio.




TRYCHNON *μανικόν*, appellatum est, eo quòd insanire facit, ut Dioscorides ait, qui ex Theophrasto mutuatus, ita nobis illud depinxit. Στρυχνον *μανικόν*, ὃ ἐνιοὶ Πέρσιον, οἱ δὲ Θρύον ἐκάλεσαν. τούτου τὸ μὲν φύλλον παραπλήσιον ἐστὶν Ἐζώμφω, μείζον δὲ πρὸς τὰ τῆς ἀκάνθης, ἢ τις καὶ παίδεως καλεῖται. καυλοὺς δὲ ἀνίσχιν ἀπὸ τῆς ῥίζης ὑπερφυεῖς δέκα ἢ ἰβ'. ὀργαῖς ἔχοντας ὕψος. πλεῖν κεφαλὴν ἐπικειμήβω ὡς περ ἐλαίαν, δασυτέραν δὲ ὡς πλατάνου σφαῖραν, μείζονα δὲ καὶ πλατυτέραν, &c. *Solanum manicum*, aliqui *Persion*, alij *Thryon* appellauere. Huius folium simile est *Erucæ* folio, maius quidem, ad folia accedens *Acanthi*, qui *Pæderos* dicitur: caules producit ab radice ingentes, decem, aut duodecim, vlnæ altitudinem habentes: caput uelut oliuam incumbens, hirsutius quidem, uelut *Platani* spheram, sed maius, planiusque, &c. Hic animaduertendū, caput hoc Dioscoridis mutilum, ac deprauatum esse: nam quæ sequuntur alterius Solani Manici, quod nostrates vulgò, *Belladonna*, appellant, notæ sunt; à cuius descriptione delenda sunt, καρπὸν ἰσχει βοτρυοειδῆ, ῥαγάδας ἰ ἢ ἰβ'. ὁμοίας κισσοῦ κορύμβοις. fructum racemosum, acinos decem aut duodecim habet, hederæ corymbis similes: eritque sensus atque descriptio hæc. Florem habet nigrum, & post florem fructum rotundum, nigrum, mollem ut uua. Radix subest alba, crassa, caua, cubitalis. Quæ Græcè ita legi debent: Ἄνθος μέλαν, μετὰ δὲ τοῦτο καρπὸν ἰσχει στρογγύλον, μέλανα, μαλακὸν ὡς περ σαφυλή. ῥίζα δὲ ὑπεσιλευκή, παχεῖα, κοίλη ὡς πηχέως, &c. Folia ex Plinio sunt repouenda, ait enim de *Strychnis* loquens. Tertio folia sunt *Ocimi*, minimè diligenter demonstranda, remedia non venena tractantibus, &c. intelligendum verò folia *Ocimi* formam habere, sed maiorem & multò. Sed ad plantam redeo, eritque forsan ab omnibus recipienda, cum neque sit quicquam quod illi refragetur. Est igitur tetri odoris *Solanum* referens, planta: radicem habens rectam

Lib. 21.

c. 31.

Forma.

ctam



Σπείχρον μακίχρον

Solanū manicum

etiam, fibrosam, non multum longam respectu caulis, qui procerus est hominis staturam adæquans, rotundus, ramosus, multisque alis refertus, semper in binas, quæ singulæ in alias binas, se diuidens alas: folia habet Solani somniferi & lethalis foliorum magnitudine, latiora, mollia, atque per ambitum laciniosa, velut Atriplex sylvestre angustifolium, pes Anserinus dictum, medias inter sylvestrem Erucam, & Acanthum Pæderota dictum, incisuras siue lacinias referens, ut vult Dioscorides: alternatim per intervalla cauli, ramisque pediculo longo hærentia: ex quorum alarum sinibus, crassi, breues, rectique petioli exeunt, Aestate habentes flores albos, calathi forma, vel nolæ, ut vulgare Strammonium, odoratos, quibus decidens exit pilula ovalis, tunc cum est parua, pilis mollibus, ut Platani, sed cum est adulta, spinosior, horridiorque ut Xanthij pilula: nec obstat, ut aliqui dicunt, pilulam Platani esse molliorem, & non ita asperam atque spinosam: idem enim Dioscorides Xanthij pilulæ asperitatem, similem fecit illi Platani, his verbis, ἀκανθώδη ὡς πλατάνου σφαίρας: *Spinosas, scilicet, ut Platani pilulas*: sed Xanthij pilulæ cum imperfectæ sunt, similes sunt his à me descriptis, atque etiam cum sunt perfectæ, & adultæ, ergo nihil obstat. Huius plantæ pilulæ in quatuor partes, cum arefcunt, diuiduntur in superiore parte: quatuor quidem facies, totidemque angulos rotundos habent, ideo dixit Dioscorides πλα:υτέραν, ex quibus excidit semen, quo sunt turgidæ, compressum simile semini nucis Metellæ officinarû, sed hoc nigrum:

Tempus. Aestatis fine floret, fructus perficit Autumno. Notandum est in Dioscoridis textu dici, caules, numero plurali, quod emendandum est, atque in singulari numero, caulem, est reponendum, ut in Theophrasti codice legitur, ibi, ἔχει τὸ μὲν φύλλον ὁμοίον δὲ ζώμῳ, πλεὺ μείζον. τὸν δὲ καυλὸν ὡς περ ὀργυιᾶς. κεφαλῶν δὲ ὡς περ γηθίου, μείζω δὲ καὶ παχυτέραν; εἰσὶ δὲ καὶ πλατάνου καρπῶ: quæ Latinè ita redduntur. *Folium habet Erucæ simile, verum maius: caulem verò ut vlnæ longitudo: caput velut Gethij, maius quidem & crassius: atque Platani fructui simile.* Sic in vulgaribus textibus: Gaza uerò, non habet, crassius, sed pilosius, legitque δασυτέραν, pro παχυτέραν: quod magis probabile, atque Plantæ respondens est: maius quidem & crassius, idem significare videntur. Dicit etiam potest satis veritati respondens, ut verba illa, *caules emittit ab radice proceros decem*

*Lib. 9.**c. 12.*

decem, aut duodecim vlnæ altitudine adolentes, referantur plantæ alteri, Solano scilicet somnifero, & lethali, nobis, *Belladonna*, & *maius* dicto, quod ex radice plures caules emittit eadem altitudine adolentes, vt ex uiua planta videre licet. Non enim Dioscoridis textus tantum, sed & Theophrasti etiã codex mutilus, atque deprauatus est: cum nihil distinguat, atque confundere videatur descriptionem radicis, cum foliorum delineatione, atque ex his unam describere plantam: quod contra est in Dioscoride, qui in alterius Solani, florem nigrum, atque acinos ferentis historia radicem illam describit: quæ conuenit illi Solani, non autem plantæ à me propositæ, quæ minorem atq. fibrosam habet: sed neque plantas distinguit, neque duas describere, sed vnã, atque vnicum caput conficere videtur, atque vires scribit ac si vnicam plantam narrasset: sed certè duas descripsisse cuique cognitum erit; non enim eadem planta fructus Platani similes, atque spinis horridos promere potest, ac etiam acinos nigros, molles, vt vua: quare vel Theophrastum, & Dioscoridem non descripsisse, quod non uerisimile est, dicendum erit, vel potius, eorum alterum: aut etiam vtriusque textum deprauatum fuisse; atque qui primò textus transcripserunt, omisisse uerba intermedia, atque postea commentatores, atque interpretes ignorantes plantas, quas descripsisse illos non est dubium, ita textus nobis reliquerunt corruptos: mirorque tot tantòsque doctissimos viros, qui Dioscoridis textum interpretati sunt, atque in eum commentarios edidere, saltem corruptum textum non animaduertisse: atque si nesciebant, quomodo illum restituerent, illum nobis corruptum, atque mutilum esse, notum facere debebant. Miror etiam Plinium, ex duobus manicis Solanis, vnum describere, nec duorum facere mentionem: sed quod nostri *Belladonna*, vocant Solanum Ocimi folijs relicto altero, quod in Theophr. & Dioscor. Erucæ folio inuenitur, nolentem scribere descripsisse, ne cognitum foret: ait enim *Tertio folia sunt Ocimi, minimè diligenter demonstranda, remedia, non venena tractanti; quippe insaniam facit paruo quoque succo. Quamquam & Græci Auctores in iocum vertere. Drachmæ enim pondere lusum pudoris.* Qui Emblemata in Dioscoridem scripsit, quia in Theophrasto nihil de pudore habetur, *pudoris*, verbum, in Plinij textu, iudicat superuacaneum: sed hoc fuit, quia plantæ vires ignora-

Lib. 9.
c. 12.

bat, lulum autem pudoris, idem est, quod venereas res tractare, ideóq. nos *Belladonna*. quod Diosc. imaginationes non iniucundas efficere, Theophrastus, ut ludat, atq. se pulcherrimú putet, honestè descripserunt. *Gigni dixerunt, species vanas, imaginésque conspicuas obuersari demonstrantes. Duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere. Quicquid verò adijciatur ponderi, representari mortem.* Quas vires Solani huius, alteri, Erucae folio ad Acanthi accedenti, Theophrastus, atque Dioscorides tribuisse videntur. sed si quæ Plinius scribit, cum Theophrasto, & Dioscoride rectè expendantur, non Erucae folio, sed Ocimi, Solano tributa, conspiciuntur. nam quæ Theophrastus scribit, ex uerbis, *ὁ δὲ μανικόν, οἱ μὲν θρύορον καλοῦσιν.* Quod verò *Manicum*, alij quidem *Thryoron* appellant, vsque ad verba, *ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον.* Habet verò folium: & quæ ex Plinio transcripsi, atque ex Dioscoride ex verbo, *florem habet nigrum, &c.* ad finem vsque eadem esse videbuntur. Quare ex his Solanum Ocimi folio, quod nos *Belladonna* dicimus, & illius vires descripsisse omnes apparebit, & Solani Erucae folio vires, aut sub eadem descriptione, vel non descripsisse, aut maneat esse est dicendum: illius quidem non radix, etsi soporifera fit recentiorum experimento, sed semen, manicas vires habet, alterius radicis viribus ad vnguem respondentes, vt apud Plantarum collectorem videre poteris. Quare Pliniú dicendum est, Solanú Ocimi folio tantum forsan descripsisse, quia ipsi notum erat, atque nostro cælo oriebatur, de altero verò Erucae folio, vt ipsi incognito, & exotico noluisse, cum & quod descripsit, noluit describere, ne verbum quidem facere. gratias igitur Deo esse referendas censeo, cum nostro seculo, antiquioribus incognita atque illorum mutilam deprauatamque historiam, agnoscamus, veritatísque certiores facti simus: atque duo *Strychna manica* habeamus certiore historia, delineata: præter alias plantas multas exoticas, à Theophrasto aliisque memoratas, iam agnitas, & descriptas ab eodem plantarum collectore. Huius exoticæ plantæ primus mihi copiam fecit Christianæ fidei verè defensoris Philippi I I. Hispaniarum Regis Leonardus Antonius Reccus medicus peritissimus; cuius industria & labore descripta est quamplurimarum exoticarum plantarum Latina historia, quæ impressa quamprimum in lucem progredietur eiusdem Regis liberalitate, mandato, & sumptu. Hanc
Chri-

Christophorus Costa Daturam appellat; medicique legitimam
 nucem Methel Arabum esse censent, frigidam tertio excessu,
 secundique sine siccam constituunt. vires in radice & magis
 in femine planè manicas habere asserunt. reliquas vires & mo-
 dum utendi, apud eundem videre licebit. Galenus verò de om-
 nibus Solanis supra locutus ait. Porro quod reliquum est, ex pro-
 positis Solanis, ad medicationes, quæ intro in corpus adhibentur, inutile est.
 Nam si quatuor eius drachmæ offerantur, mortem inferent: si pauciores,
 saltem insaniam. Vna certè innoxie sumitur, ceterum nec in ipsa utile quid
 obtinet. Verum si foris corpori emplastri modo illinatur, ulcera cacoë-
 the, & nomode, siue pascentia curat. Sed ad talia radice cortex præ-
 fertur, desiccans secundo ordine iam completo, & tertio incipiente re-
 frigerans secundo incipiente. Si quis verò Dioscoridis textum in
 pristinum reducere voluerit, ita meo iudicio scribere, atque
 legere poterit. Græcè quidem ita leget. Στυχινον μανικόν
 ἔνιοι Πέρσιον, οἱ δὲ Θρύον ἐκάλεσαν. τὸ μὲν καυλοῦς ἀνίσιν ἀπὸ τῆς ρίζης ὑπερ-
 φρεῖς δέκα ἢ ἰβ', ὀργμᾶς ἔχοντας ὕψος: ἄνθος μέλαν: μετὰ δὲ τοῦτο καρ-
 πὸν ἴχει στρογγύλον, μέλανα, μαλακόν, ὡς σαφυλή. ρίζα δὲ ὑπεσιλευ-
 κή, παχέα, κοίλη ὡς πιχέως. φύεται ἐν ὄρεινοῖς χωρίοις, καὶ προσήνεμῖς, καὶ
 πλατανῶσι. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ρίζα πινομένη μετ' οἴνου ἄ πλῆθος, φαν-
 τασίας ἀποτελεῖν οὐκ ἀνδραῖς. δύο δὲ ἄ ποθεῖσαι ἐξισάνουσιν ἄξει τριῶν
 ἡμερῶν. δ' δὲ ποθεῖσαι καὶ ἀναροῦσιν. Ἀντιφάρμακον δὲ ἐστὶν αὐτοῦ μελί-
 κρατον πολὺ πινομένον, καὶ ἐξεμομένον. Τῷ δὲ ἑτέρῳ φύλλον παραπλήσιον
 ἐστὶν εὐζώμῳ, μείζον δὲ πρὸς τὰ τῆς ἀκάνθης, ἢ τις καὶ παίδεως καλεῖται: καυ-
 λὸν δὲ ἀνίσιν ὡς ὀργμᾶς πλὴν κεφαλῶν ἔχοντα ἐπικειμένῳ ὡς ἐλάϊαν,
 δασυτέραν δὲ ὡς πλατάνου σφαῖραν, μείζονα δὲ, καὶ πλατυτέραν. τούτου δὲ
 ρίζα καὶ σπέρμα μετ' οἴνου πινομένον δύναμιν ἔχει πλὴν αὐτῶν πρὸ προειρημένῳ.
 Solanum manicum, aliqui Persion, alij Thryon appellauere, alterum qui-
 dem caules ab radice ingentes emittit decem, aut duodecim vlnæ altitudi-
 nem habentes, florem nigrum, & post florem, fructum habet rotundum,
 nigrum, mollem vt vna. Radix subest, alba, crassa, caua, cubitalis: gigni-
 tur in montibus, & vento expositis, & Platanetis. Vim habet pota in vi-
 no radix drachmæ vnus pondere, imaginationes efficiendi, non iniucun-
 das. Duæ verò potæ mentem ad tres vsque dies emouent. Quatuor verò
 drachmæ potæ interimunt. Antipharmacum huic est, aqua mulsa multa
 pota & vomita. Alterum verò, folium habet simile Erucæ, maius tamen,
 ad Acanthi, quem Pæderota vocant, accedens, caulem longitudine ferè
 vlnæ: caput incumbens oliuæ figura, sed hirsutius, vt Platani pilula, maius

Lib. de
 Aromat.
 c. de Da-
 tura.
 Lib. 8. de
 simpl.
 med. fac.

verò, atque planius. Huius radix & semen in vino potum eandem, quam superius, vim habet.

Clymenum Dioscoridis:

Nomen.



Lib. 25.
c. 7.

Lib. 27.
c. 12.

Lib. 4
Descrip.
tio.

Forma.

VAM Theophrastus Clymenon plantam appellat, illam Dioscorides Periclymenon: idemque diuersis nominibus eandem describunt, eidemque medicas virtutes tribuunt easdem. Plinius verò qui ex utroque exarauit, nulla habita differentia inter Clymenum Theophrasti, & Dioscoridis, de Clymeno loquens, quas Dioscorides Periclymeno notas tribuit, ipse Clymeno adscribit ex Theophrasto sumptas, neque animaduertit Clymenum Theophrasti esse Periclymenum Dioscoridis: plantasque confundens in duas videtur species diuidere, primam ita à Latinis forsitan dictam, eiq. folia & semina Hederæ tribuit, quæ Dioscorides Periclymeno: secundam ita à Græcis appellari, ait (nolens Dioscoridem citare,) haberéque folia plantagini similia, &c. quæ est Dioscoridis Clymenum. Oblitus postea eorum, quæ de Clymeno scripserat, Periclymeni historiam ferè ad verbum exaratam ex Dioscoride, suo libro impingit, neminem fore existimans, qui hæc animaduertere possit, atque Dioscoridis partes tueatur. Galenus verò & posteriores Clymeni omiserunt historiam, Periclymeni tantum mentionem fecere. Dioscorides verò Clymenum à Periclymeno separat, atque illius historiam seiunctam narrat, atque nomine, figura, uiribusque diuersam à Periclymeno facit, de qua loquens ita ait. Κλύμενον καυλὸν ἀνίσσει τετραγώνον, ὅμοιον τῆς τοῦ κυάμου. φύλλα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἀρνογλώσσου. θυλάκια δὲ ἔχει ἐπὶ τοῦ καυλοῦ εἰς ἄλλα νέοντα, ἕοικότα ἰριδι, καὶ πολὺ ποδὸς πλακτάναις. Clymenum caulem fert quadratum Fabæ similem, folia ad Plantaginis folia accedentia: habet autem folliculos in caule sibi inuicem annuentes, eosque similes Iridi, & Polyporum cærris. Cui descriptioni nullam præter hanc à me depictam conuenire patebit. Radice quidem hæc prædita est alba, parua, tenuibus fibris diuisa, ex qua folia erumpunt longa semipedem ad Plantaginis angustifoliæ folia accedentia sicuti Glasti folia
Dio-



Dioscoridis etiam sententia, per ambitum sinibus non profundis erosa, inque illorum diuisura punctum nigrum visitur: carnosissima, parum hirsuta, tactu viscida, succosâque: caulem emittit, quadratum, hirsutum, quem folia in imo bina ex opposito coherentia, postea uerò propter humoris abundantiam, alternatim, & quolibet angulo cingunt, quinque enim angulos promittunt in Scrophularia maiore & minore uisitur: multis alis referuntur: ex foliorum uerò dorso ueluti limbus descendit per caulium angulum, ita ut Fabæ caulis angulum uideatur representare. Flores in summo alarum & caulium primo Vere ad Autumnum usque semper promittunt luteos saturatos, non nihil odoratos, croci diluti colorem imitantes; magnitudine & forma Chrysanthemum Dioscoridis laciniatis folijs similes quodammodo; differunt tamen parte interiore, quam non solidam & minutis flosculis refertam oculi orbem imitantibus, sed foliolis, staminibusque plenam habent, aliquando ex uiridi ad cæruleum uergentibus. Decidentibus florum folijs siliquæ, siue folliculi suboriuntur curui C literam exprimentes, semen intus continentes oblongum, tenue, eiusdemque formæ, sed triplo minus, fuluescens, uel ad cinereum uergens: folliculi uerò ita compositi conspiciuntur in globulos, præsertim plantæ flore multiplici, & proliferæ, ut Lilij radicem æmulari uideantur squamosis partibus conflata: nam singuli follicelli omnes in unum punctum concurrere conantur, quare alij alijs interioribus incumbunt. Plantæ uerò simplici flore folliculi aliter quidem constructi uidentur, & compressam formam Capæ imitantur, nec ut superiores similes omnes, sed triplici formæ differentia conspiciuntur, uerum singuli in dorso continent idem semen: atque qui interiorem partem globuli occupant, ita in se inflexi sunt, ut ferè circum complent, suntque omnium minimi: alij uerò ipsis incumbentes latiores atque maiores sunt, & formam uidentur imitari nauiculæ: reliqui uerò exteriores omnibus incumbentes, atque longiores, tenuiores sunt secundis, nec ut primi contorti, sed hemicyclum complent: qui siccati parum ab alijs recedunt, ut in pictura uisitur. Quare si quis rectè considerabit, atque latos folliculos folijs Iridis floris se inuicem tangentibus, à quibus, quia arcum uarij coloris conficiunt, nomen accepit, ut Dioscorides refert his uerbis, *αὐτὴ δὲ ἐπὶ καυλῶ παράλληλα,*

ληλα, ἑπικαμπή, ποικίλα: atque longiores alios folliculos exterio-
 res ab illis parum recedentes, folijs alijs floris Iridis in terram
 recuruis, comparabit; perbellè Iridis florem forma scilicet,
 filiquas has imitari dicet. Dioscorides verò tantum notat, ut
 sint adinuicem annuentes, in se scilicet incuruati. Si uerò sin-
 gulos folliculos consideraueris, singulorum dorsum tuberculis
 asperum esse conspicias; etsi exteriores folliculi longiores pau-
 ci, hirsutiores sint, sed qui interiorum locum occupant, omnes
 tuberculis asperum dorsum habent, quibus acetabula cirrorum
 Polypi imitari conantur, quare similitudo refertur, ut curui
 sint Iridis floris modo, sed similes sint cirris Polypi tuberculis
 scilicet asperi sint, similes acetabulis cirrorum Polypi: *πλεκτά-
 νας* Dioscorides non simpliciter cirros intelligit, sed acetabula,
 vel rectius acetabulis refertos cirros; atque hanc esse veram
 Dioscoridis sententiam, probatur ex textu capitis Polypodij,
 in quo describitur, Polypodium ideo ita dictum, quia similem
 habet radicem cirris Polypi acetabulis refertis, idè que *ὑπό πο-
 λύποδος ποδῶν, πολυπόδιον* dictum est: uerba eius sunt, *ρίζα δ' ὑπερ-
 δασεία: πλεκτάνας ὡσπερὶ πολύπους ἔχουσα*, &c. quod confirmat Pli-
 nij textus, qui ait. *Radix in usu pilosa, coloris intus herbacei, crassi-
 tudine digiti minimi, acetabulis cauernosa, ceu Polyporum cirri, &c.*
 Quod si quis radicem Polypodij conspexerit, cognoscet: habet
 enim tubercula plura, quibus acetabula pedum Polypi referre
 uidetur. Hoc manifestè ex Theophrasto liquet, qui de radicum
 diuersitate loquens, ait: *ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου δασεία, καὶ ἔχουσα κοτυ-
 λιθόνας, ὡσπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι*, &c. [Quòd autem huius
 plantæ fructus, folliculi dicantur, & non semina, clarè patet,
 nam *θύλαξ*, & *θύλακιον*, capsula, vagina, & quodlibet concavum,
 præsertim oblongum quod aliquid contineat, uel continere
 possit, dicitur: quare, cum hi fructus disrupti semen contineant
 minus multò, suam habens cutem, non erit dubitandum quin
θύλακια verè sint: quod si nec alicui satisfaciatur, exemplum alte-
 rum ex Dioscoride illi adduco sumptum, fructus scilicet *Γλα-
 φτι*, paruorum linguarum effigie, quos idem Dioscorides *θύλα-
 κια* appellauit, & tamen nec ita crassum folliculum, nec nisi uni-
 cum singuli habent semen. Planta hæc propter copiosos flores,
 atque uiuacitatem, qua usque ad Autumnum, & etiam Hyemè
 durat semper florem emittens, *fior d'ogni mese*, appellata à recē-
 tioribus

Lib. 26.
 c. 8.

Lib. 9.
 c. 13.

tioribus fuit: quare nulli horto non inquilina, gaudetque cultu, in syluis uerò non ita durat, nec ita fit læta, sed tota gracilior, atque minor, caulisque propter paucum humorem quadratus totus sæpius uisitur. Fuchsius, & omnes post ipsum Caltham esse satis friuolo argumento putarunt; quo facilius, ueriusque demonstratur, Caltham Poëtarum esse Chrysanthemum Dioscoridis, quod in diuersis illis nomenclaturis Chalcanthemum, Chalca propter aureum, vel æreum colorem sic dicta, indeque corruptè Caltha, & Bupthalmion propter floris formam dicitur: atque hinc Olitores etiam Bupthalmi nomen retinent, frequens enim est in hortorum marginibus: atque probatur eodem illorum argumento, ab odoris scilicet grauitate, quæ in Chrysanthemo non tantum flore, sed in tota planta, à quolibet naso carente sentitur, & à florum colore, forma, & fulgore, & ortu circa ædificia frequentissimo, (quod non in hac planta Clymeno,) & foliorum forma scissa, & læuore & usu, etiam ab iisdem retento, ut scilicet teneri turiones olerum modo edantur, & in acetarijs etiam recipiantur; quorum multa in sic dicta Caltha deesse uidentur, (corrumpant quantum uelint Dioscoridis textum isti peruersores, Dioscorideæ & Plinianæ puræ lectionis inuidi & imperiti:) quam Caltham esse censentes illi calidas vires recentiores tribuere. Quas etsi experimentis comprobatas esse dicunt, nescio an sit illis credendum, cum plantæ sapor contrarium demonstrat, nullum quidem calorem inesse perspicitur palato, iisdemque fateantur, calorem foliorum propter humiditatem ei coniunctam non se protinus exerere: sed certè minus interuallo quouis. item adstrictione non carere ait Matthiolus, etsi calidam putent omnes, quia ut ait Fuchsius, dulcedine modica cum amaritudine coniuncta participat: sed certè, acerba sapore est nihil ad amarum inclinans, sed adstringentem, & aqueo, frigidoque succo referta est. At dato & non concessio quod parum sit amara (quod enim dulce putarunt, aquosum est) non ideo calida erit, etsi sapor amarus ex calido ficcante, uel concoquente humore procedat, nam cum plantæ omnes mixtam habeant qualitatem, quatuor enim elementis constant, non ex ijs, uel sapore tantum, sed simul coniunctis est excipienda qualitas, nam plantæ omnes aqueo humore abundant, atque non ideo refrigerant; sic etiam quæ amaræ sunt,

non

non omnes calefaciunt, nam etsi sapor amarus excedat, quia omnium maximè sensibilis sit, minima enim quæque amaroris pars magnam molem insipidam, vel dulcem conturbat, austerã etiam & acerbam: non ideo ex amarore tantùm qualitatis vis dependet, sed ex maiore & superabundanti elementaris mixtę partis vi, quæ, & rectè gustata planta, & considerato sapore simplici vel mixto, simul cum experientia, & effectu decernenda est. Quæ verò amara sunt & calida, ferè omnia acrimonia participant, vel multo odore aromatico & etiam graui: ea verò in quibus neutrũ percipitur palato, vel lingua, frigida, & sicca, vel humida, magna ex parte sunt; ac etiam si odorata sint, ut Rosa, Viola, & similia, non ex odore caliditas procedit, etsi odor ipse per calidi excoctionem contingat: amarus enim ille sapor ex terreo humore non concocto procedit, vt in omnibus fructibus immaturis, qui cum acerbo amarum habent mixtum. quod contra est in ijs quæ ex dulci propter nimium calorem, vel excoctionem amara euadunt. Vt autem concludam, Picrin quæ ab amarore sic dicta est, & Opium amarissimum, & similia minimè calefacere certum est, refrigerare verò & siccare non est dubium: ex terrea siccaque parte nec tenui amaror his procedit, non autem ex aërea, tenui, atque bene excocta, ut in acris & aromaticis, quæ siccata diu odorem & saporem retinēt, ac etiam cùm siccantur, odor & sapor magis fit sensibilis. Contra quidem in hac planta & similibus, quorum folia siccata & saporem & odorem etiam, si habebant, amittunt: quod non semel expertus sum. Aiunt postremò huius plantæ aquam floridæ plantæ stillatitiam oculorum ruborem, atque inflammationem arcere, si oculis instilletur, vel lintea madida superponantur: ego quidem scio plantas atque omnia quæ sublimantur, nõ paruum amittere frigiditatis partem, propter humoris attenuationem à calido effectam contra rei naturam, atque terrea partem, in qua maxima est frigiditas, amissam: & contra ruborem atque inflammationem non calidis præsertim in principio, quod nec distinguunt, debere vti; sed frigidis & reperiuntibus. Pena addit, *ijs & teneræ cimæ in ouorum luteo in placentam exceptæ, & mansæ, nimis fluentes menses sistere, cunctantes verò impellere esse compertum.* Certissimum ex ouorum comessu præsertim lutei est sanguinem creari, quo facillimè abundante, natu-

ra excalescens menses educit, ut se deoneret. Quod autē ouorum lutea iuncta herba hac etiam sistant menses profluentes, hoc herbæ vi tribuendum est; ex quo si verum est, non calefacere, sed potius refrigerare nisi urat dico, Dioscoridi consentiēs qui ait, ποιεί δὲ χυλὸς πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενος, καὶ κοιλιακούς, καὶ ῥοιῶν ἐρυθρὸν εὐφρων, καὶ ψύχων, *Facit autem succus ad sanguinis reiectionem potus, & Cæliacos, & rubras fluxiones adstringens & refrigerās.* quod sanè vt dixi gustu percipitur, nisi palatum sit callosum, & iam fœminarū experimento cōstat, & vtuntur ad hæmorroidales fluxiones sistendas. Quòd autem regium morbum emendare possit, hoc ex floris colore & substantia (si phytognomicis est credendum) dependeret: sed puto non ex vi propulsiva, sed potius ex quadam coloris συμπαθεία, cui nec semper credo: & sic plantam hanc contrarijs diuersisque viribus præditam esse, diuersis partibus dicendum esset, si tamen verum. Huic periclitatores vulnera sanandi vim tribuere, nec mirum propter humoris glutinosi viscositatem: tota enim planta tactu viscida est. Dioscorides verò Clymeno has vires tribuit, sic scribens. *Præstantissimum montanum: exprimitur totum cum radice. Facit autem succus ad sanguinis reiectionem potus, & Cæliacos, & rubra profluvia adstringens, & refrigerans.* Compescit autē & narium eruptiones. Quin etiam folia concisa, vel folliculi recentibus vulneribus impositi, ea ad cicatricem vsque perducunt. Plinius verò, *Folliculi Clymeni recentibus plagis imponuntur.* Alibi etsi Clymeni mentionem faciat, de Periclymeno est intelligendum. Non est Clymenum Dioscoridis quæ à Matthiolo depingitur, cū sit legumen, quod nos Cicerculam dicimus, vt alij etiam animaduertent, habeátque capreolos; quos, cū Periclymenum sequeretur, quod se aduoluit flexibilitate arboribus, non tacuisset Dioscorides ad differentiam Periclymeni: sed nec hoc esset obijciendum si in alijs responderet: sufficit iam non habere folliculos alios alijs incūbentes, similes Iridi, & cirris Polyporum vt dixi, quibus notis, & Clymenum depictum à Dalechampio verticillatis floribus, & Scrophulariam, siue ut dicunt, Betoniam aquaticam, Clymenum etiam putatam pericarpis rotundis, vt Scrophulariæ, folijs Betoniciæ similibus, atque Sicilianam à Lobellio dictam aliásque etiam plantas reijcere hoc modo poterimus, atque etiam omnem plantam, quæ folliculos

non

Vires.

*Lib. 26.
c. 14.*

non ad inuicem habeat incumbentes, vt iam ostendi, sed in se obuolutos vt aliqui ostendunt, quæ nec alijs notis respondere videtur.

Astragalus Dioscoridis:



EMINVM forma ἀσραγαλοειδής, plantæ huic nomen indidit Astragali: ἀσράγαλος quidem talum, & talorum lusum significat, quorum formam & vsum huius plantæ semina referunt: tereti forma quidem sunt, in superna infernaque parte plana, vel acetabulorum modo concaua: posset etiam ita appellari à tuberosa carnosave forma radicis compressa, & melius à multitudine fibrarum nodosarum ad similitudinem flagelli, vnde ἀσραγαλωτή τις μάστιξ à Polluce dicitur. Huius radix colore foris est fusco, intus pallido, multas nodosas fibras, duras, longas, implicatas habens, in quorum medio, sinibus, & extremo inueniuntur veluti bulbuli concrecentes, quibus radix se propagat. Inueniuntur etiam aliquando [Maij mensis fine inueni] quædam carnosæ, crassæ, purpurascens, succosæ, duræ, læuia, vt ὑπασράγαλοι, dici possent, nihil aliud repræsentare videntur: attamen non se explicant, sed ita abundant superflue. Caules tres, quatuorve emittit tenues, quadratos Ciceri similes, parum à terra se attollentes, inque ipsam inclinatos, ex quibus per intervalla, vt in Cicere posita sunt folia pedicellis hærentia, primò bina, deinde quaterna, bina ex opposito, postea quina, postremò terna ex opposito intercurfantia, forma ad Rusci folia accedentia, maiora verò, duplo longiora, teneriora, & læuia ad nouella Hederæ folia accedentia: pedicelli autem quibus insunt, in imo vbi cauli hærent, singuli auriculas habent, vt in Cicere & similibus leguminosis visitur: auriculas bina illa foliola pedicello, & caulis geniculo hærentia intelligo: in summo verò veluti aculeum, sed mollem. Inter foliorum verò petiolos, & caulem, viticulæ exeunt dodrantem longæ in terram nutantes, ex quorum medio ad summum vsque viginti ferè insunt flores, primùm coaceruati, deinde Viciæ modo dispositi, forma & colore eidem similes: sunt enim purpurei exterius, in medio carulei,

Nomen,
& Ety-
mon.

Lib. 10.
Forma.



interius verò lutei, colore vario ornati, quibus hiantibus, ex illorum vasculis exeunt siliquæ tenues quatuor digitos longæ, primùm uirides, siccatæ verò rufescētes, vt etiam semen, in terram deuexæ, seminibus refertæ, forma ut dixi ἀστράγαλοειδῆ: floret Maio, & Iunio mense perficitur. In montibus, uallibus, locis umbrosis, & Sole illustratis ventosis oritur, hîc ubique. Radix dura est, difficilēque tundi uel rumpi potest etiam siccata: sapore adstringente, gustu verò fatuo, odore terreo veluti fungi. Hæc planta præ cæteris Dioscoridis delineationi respondere videtur, qui ait. Ἀστράγαλος θαινίσκος ἐστὶ μικρὸς ἐπὶ γῆς, φύλλοις καὶ κλωνίοις ὅμοιος ἐρεβίνθῳ. ἀνθὴ πορφύρα, μικρά. ῥίζα δὲ ὑπερὶ στρογγύλη ὡππερ βάλανος ἀμεγέθης, παραφυάδας ἔχουσα στερεὰς, μελαίνας, σκληροτέρας ὡς κέρατα ἀντιπεπλεγμένας ἀλλήλαις, γευσάμενῳ συπῆκας. φύεται ἐν ἐνανέμοις καὶ συσκίοις καὶ χιονιζομένοις τόποις. *Astragalus paruus frutex est à terra, folijs, & ramis Ciceri similis: flores purpurei sunt parui. Radix autem subest rotunda, vt balanus prægrandis, adnata habens solida, nigra, dura, veluti cornua inter se implicata, gustu adstringentia. Nascitur in locis vento expositis, umbrosis, & niuosis. Plinius verò aliter habet. Astragalus folia habet longa, incisuris multis, obliqua circa radices; caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem Hyacinthi: radices villosas implicatas, rubras, præduras. Eandem plantam videtur descripsisse; differentia est, quia folia habere dicit incisuris multis, quod Dioscorides non tacuisset, & sicut dixit, Ἀστράγαλος ὅμοιος ἐρεβίνθῳ φύλλοις, καὶ κλωνίοις, dixisset, vt in alijs solet, cum foliorū formam & similitudinem delineare vult, hoc modo: Ἀστράγαλος φύλλα ἔχει ὅμοια, καὶ κλωνία ἐρεβίνθῳ: sed quia plantæ habitum similitudinem Ciceri fecit, non folia Ciceri similia, iccirco ita descripsit: nã foliorum positum, non formam imitari debet. Quare censeo vel Plinium ipsum, vel à quo transcripsit, uel aliquem, qui Plinij textum recognouit, Dioscoridis textui similem reddere volentem, verba illa, incisuris multis, addidisse, putantem similitudinem esse in incisuris foliorum Ciceris. Quæ verba abundare puto, & Historiam Astragali in Plinio ita legi debere: *Astragalus folia habet longa, obliqua circa radices; caules tres, aut quatuor foliorum plenos, florem Hyacinthi, colore intellige, sicuti idem de Eryngij flore, & Dioscorides, in capite de Antirrhino, Aristolochia, Cnico & similibus: radices villosas, implicatas, rubras, præduras. Et sic planta à me proposita vtrique delineationi respondere**

Tempus.

Locus.

Descriptio.

Lib. 4


Lib. 26.

cap. 8.

Lib. 22.

c. 9.

Vires. dere videtur non solum forma, sed etiam viribus: radices quidem habet stipticas, ut etiam Galenus vult, qui ait. *Astragalus* frutex est parvus radices habens adstrictorias: quamobrem etiam ex numero est non instrenue exiccantium. Nam ulcera vetera glutinat, & aluum fluxu tentatam sistit, si quis in vino decoctam radicem bibat. Plurimus huius fruticis proventus est in Pheneo Arcadiae. Dioscorides vero inquit, Sistit radix in vino pota fluentem aluum. Urinas eadem pellit. Facit ad vetusta ulcera sicca inspersa: & sanguinem sistit. Tunditur autem difficile propter ipsius duritiem. Plinius vero. Vis ei ad spissanda corpora. Aluum sistit radix in vino pota, quo fit ut moveat urinam percussio liquore, sicut pleraque quae aluum sistunt. Sanat & dysentericos in vino rubro tusa. Difficile autem tunditur. Eadem gingivarum supurationi utilissima est fotu. Colligitur exitu Autumni, cum folia amiserit. Siccatur in umbra. Non sunt igitur Astragalus quae ab alijs depinguntur, cum uel forma radicum, foliorumue positu ab historia absint. Quae enim radice Rhapsano similes depinguntur, etsi in alijs responderent, adhuc radice, principali nota differunt. Quae uero postremo radice balanos imitante describitur, foliorum positu à Cicere longè distat, bina enim tantum habet, atque capreolos singulis petiolis, atque radices non sunt villosae, sed tantum Cyperi modo inter se coherent, de uiribus non loquor. Quare si quae alia, à me proposita respondere videtur in omnibus; etsi etiam aliqui dicant, non habere radicem Rhapsani, quibus respondeo, ῥίζαν ῥαφάνου, non σρογγύλην, sed μακράν esse, etsi nobis nota sit species Rhapsani orbiculati, cuius semina à Ferdinando Imperato habuimus: quod si etiam ita uelint, nihil remanebit contrarium. Sed certè potius legendum censeo, ut Pena & Lobellius animaduertent, βάλανος, quam ῥάφανος, nam in alijs nomenclaturis Ficus terræ, & Glandula inter alias denominatur. Hanc montanam Galegam appellare videtur Plantarum Auctor, sed minus rectè est depicta.



Radix Idæa Dioscoridis.

Eadem quæ Hypoglosson, Laurus Alexandrina,
Laurotaxa, & Chamædaphne.



RADIX Idæa, quia plurima in Ida monte nasceretur, uel quia ibi efficacior, primùm uel cognita, ita à loco denominata est. Plinius eandem, *Idæam herbam*, appellauit: alter à tota substantia plantæ, primus uerò à partis in re medica usu. *Ἰδαία ῥίζα, ὄξυμυρσίνη τὰ φύλλα ἔοικε, παρ' αὐτὰ δὲ ὡς ἕλικες μικρὰ πεφύκασιν, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἄρθρον.* *Idæa radix, Rusco similis est folijs, in ipsis ueluti capreoli parui enascuntur, ex quibus & flos.* ita Dioscorides scripsit. Quæ ita Plinius transcripsit. *Idææ herbæ folia sunt quæ Oxymyrsmes: adherent his ueluti pampini in quibus flos.* Cuius plantæ natales, & delineationē cum sæpe mente reuoluissē, difficilē cōtingere posse, ut ante oculos planta Rusco congener, uel similis, mihi sese offerret, opinatus sum: præsertim cū & tot uiri indefessi innumerabilem ferè plantarum numerum exhibuissent, non solūm nostro cælo orientium, sed & ab extremis orbis oris aduectarum: in quibus nullam reperi, quæ Rusco esset affinis, præter hanc quam depictam exhibeo. Quæ cū natalibus, forma, & uiribus quadrare uideatur, hoc nomine Idææ radicis insigniri eam debere iudicaui. Radicem quidem habet Rusco similem, maiorem uerò, à qua plures turiones Asparagi, uel Rusci modo exeunt cibo apti, qui postea in uirgas distenduntur cubitales ferè, uel cultu maiores, læues, uirides, flexibiles, à medio ad summum usque folia habentes forma acutæ Myrto, Rusco scilicet similia, [nulla quidem alia est Myrtus syluestris apud Dioscoridem, atque Plinium, præter hanc *μυρσίνην ἀγρίαν*, & *ὄξυμυρσίνην*, à Romanis eandem Ruscum dictam, ut idem Dioscorides ait; & Plinius etiam testatur à Castore Oxymyrsinē Ruscum appellari, inter quas nominis tantū uarietas est, etsi Plantarum historiæ Auctor aliter somniet.] maiora uerò & forma

Nomen,
& Etymon.

Lib. 27.
c. 2.

Descriptio.

Lib. 4.

Lib. 27.

c. 11.

Forma.

Lib. 23.

c. vlt.



Forma parum angustiore, ad nouella Rusci folia accedentia, viridiora, & molliora; nec ita pungentia, etsi acuta sint; alternatim virgas circundant, sed quæ proximiora sunt terræ, Rubiæ modo terna circum virgas hærent. In ipsis folijs viticulæ parvæ, seu petioli, (quos *ἐλικες* appellari aliàs docui, ab Auctore plantarum perperam *ῥαψίδες* putati, verborum proprietatem suæ opinionis impropriitate extorquente, vt planta ab ipso depicta Hypoglosson videri potuisset, vt infra dicam.) enascuntur tenues, breues, sed Rusco longiores, in quorum extremo Vere flos exit herbaceus, stellatus, sex foliolis constructus, medium habens purpureum, non dissimile Rusci flori: fructum edere minimè vidi, sicuti & amici multi, qui plantam viginti annis coluere, nec unquam nisi florem edere animaduenterunt. Quod solo, & cælo imputandum est, alibi enim fructus perficere rubros Ciceris magnitudine, vt Ruscus asseritur. Quare non mirum si florem tantum huius descriptionis Auctor edere tradidit, nam & forsan nec idem vidit, nec descripsit, vt in Dictano & Nardo montano, & similibus quotannis fructus cum flore edentibus, obseruatur. Idem dicendum de ligula è folio exeunte, quam etiam alios non obseruasse demonstrabo: quilibet enim notam, quam magis illi propriam iudicauit, historiæ mādauit. Iccirco euenit, vt planta à diuersis scriptoribus delineata, diuersis notis, nominibus, sicuti & viribus comprehensa conspiciatur, & tamen eadem describi certò constat. Cognita igitur plantæ forma, vires sunt denique conferendæ: & certè gustu acerbam esse atque subamaram percipitur, non sine calefaciendi facultate: quibus mixtam qualitatem ac vim habere conspicitur. Recentiorum experimento constat. *Vuularum, gutturis, tonsillarumque tumores, ac earundem ulcerationes, huius plantæ gargarizatu sanari.* Marcellus scribit, in Italia plantam hanc puerorum collo suspendi ad vuam reprimendam, quo ad vuam prolapsam contrahendam vsu, *Vuulariæ nomen vulgò est adeptæ.* Matthiolus, & sequentes scribunt, *Puerorum hernias prolapsas contrahi experimento constare, si puluis radicis huius cochlearis mensura cum maioris Symphyti decocto hauriatur, & fascia hernia constringatur primis diebus, ne rursus foras intestina prorumpant.* Ex quibus magnam constringendi, atque siccandi habere facultatem, sicuti Dioscorides habere ait, constat. *Huius radix vehementer adstringit, conueniens in his quibus adstri-*

*In descri-
ptio. Iso-
pyri.*

Vires.

- Lib. 27. c. 2. *Etione opus est. Bibitur etiam ad alui fluxiones, & fluxum muliebrem, omnemque sanguinis eruptionem sistit. Plinius verò habet, Ipsa aluum, mensesque, & omnem abundantiam sanguinis sistit, spissandi cohibendique natura. In quibus, menses, pro mulierum fluxu transcripsit, ἔμμηνα, pro ποῦν γυναικείων. Galenus sic, Idæa radix gustu admodum acerba est; ac si opere periculum facias, eandem vim præferet, nimirum sanguinis profluvia, alui fluxus, dysenterias, profluvium mulierum, & quæcunque eius sunt generis, tum pota, tum foris imposita curans. His verbis videtur Galenus sicut & in alijs multis, Idæam radicem non cognovisse; cum taceat vim calefaciendi, & frigefaciendi, quarum aliqua præditam esse hanc plantam necesse est: nec quo ordine, siue excessu, scribat, ut in alijs solet, calefaciat, refrigeret, & an moderata sit, vel contrarijs constet facultatibus. Sed quæ à Dioscoride dicuntur, transcribat verbis generis. Hanc nostrates vulgò etiam *Bislinguam* appellant, à ligulis folijs hærentibus nomine sumpto: quam eandem veteres, Dioscorides, & qui sequuti sunt ipsum, Galenus, & Plinius, *Hypoglossum* etiam appellarunt, quia ut Galenus ait, *ita nominatum est, quia propagines parvarum linguarum sub summis corymbis producit*. Pro qua Plantarum hist. Auctor, non hanc *Bislinguam*, & *Vuulariam*, sed *Polygonati*, siue *Sigilli Salomonis* vulgò dicti, plantam congenerem depinxit à Carolo Clusio primùm delineatã: atque in ea est opinio, ut *Hypoglossum* ab *Hippoglossum* differat, atque plantam illam verum esse *Hypoglossum* affirmat; inque doctiores insurgens, malè illos *Hypoglossi*, & *Hippoglossi* etymon intelligere asserit. Atq. talem sustinens sententiam, potiùs Diosc. textum in maioribus emendare voluit, sensus, verbæque cõuertens, quã Plinij, vel Diosc. textus unius duarumve literarum immutatione corruptos dicere, vel potiùs veriùsque Dioscoridis *Hypoglossum* à Plinio *Hypoglossum* appellatũ. Nulla quidem alia inter illorum historias est differentia; nihilque ad plantæ cognitionem facit, ut ἵππο, vel ὑπό, dicatur: cum utrique nomini eadem planta aptari possit, eademque erit: ut scilicet *Hypoglossum*, à foliorum magnitudine, magnam linguam referens dicatur. *Hypoglossum* verò à ligulis folijs hærentibus, ὑπό scilicet γλώσσῃς. Neque in re alia nota est priuata, qua possint differre inter se, ut ex Plinij textu liquet, ait enim *Hypoglossa folia habet figura sylvestris Myrti concava, spinosa, & in his ceu linguas, folio**
- Lib. 8. de simpl. med. fac. sequenti sunt ipsum, Galenus, & Plinius, *Hypoglossum* etiam appellarunt, quia ut Galenus ait, *ita nominatum est, quia propagines parvarum linguarum sub summis corymbis producit*. Pro qua Plantarum hist. Auctor, non hanc *Bislinguam*, & *Vuulariam*, sed *Polygonati*, siue *Sigilli Salomonis* vulgò dicti, plantam congenerem depinxit à Carolo Clusio primùm delineatã: atque in ea est opinio, ut *Hypoglossum* ab *Hippoglossum* differat, atque plantam illam verum esse *Hypoglossum* affirmat; inque doctiores insurgens, malè illos *Hypoglossi*, & *Hippoglossi* etymon intelligere asserit. Atq. talem sustinens sententiam, potiùs Diosc. textum in maioribus emendare voluit, sensus, verbæque cõuertens, quã Plinij, vel Diosc. textus unius duarumve literarum immutatione corruptos dicere, vel potiùs veriùsque Dioscoridis *Hypoglossum* à Plinio *Hypoglossum* appellatũ. Nulla quidem alia inter illorum historias est differentia; nihilque ad plantæ cognitionem facit, ut ἵππο, vel ὑπό, dicatur: cum utrique nomini eadem planta aptari possit, eademque erit: ut scilicet *Hypoglossum*, à foliorum magnitudine, magnam linguam referens dicatur. *Hypoglossum* verò à ligulis folijs hærentibus, ὑπό scilicet γλώσσῃς. Neque in re alia nota est priuata, qua possint differre inter se, ut ex Plinij textu liquet, ait enim *Hypoglossa folia habet figura sylvestris Myrti concava, spinosa, & in his ceu linguas, folio*

lio paruo exeunte de folijs. Et Dioscorides, *εἰς in summo veluti ligu-* Lib. 4.
las in folijs. Cuius rei Galenus etymon affert, *Hypoglossum ita* Lib. 8. de
nominatum, quia propagines paruarum linguarum sub summis corymbis simpl.
producit. Quibus, etsi textus in aliquibus uerbis uariant, non med. fac.
 ideo colligitur diuersas esse plantas: sed scimus, alterum ab
 altero exarasse, eandemque plantam omnes designare uoluisse.
 Et si credendum est, ut verum esse censeo, quod ratio demonstrat,
 doctissimo cuidam medico Germano, qui in Dioscoridē Emblemata scripsit,
 qui ait se textum habere Dioscoridis uetustum, in quo *ὑπόγλωσσον*
 legitur, pro *ἰππόγλωσσον*: atque plantæ conuenire nemo dubitat:
 & quamuis corruptè legatur in aliquibus *ἰππόγλωσσον*,
 pro *ὑπόγλωσσον*, non ideo diuersas plantas, ac descriptiones
 esse censendum est, præsertim cum tam clarū Galeni textum
 habeamus, in quo ut dixi, huius nominis *ὑπόγλωσσον*,
 etymon affert. Immo addo & hanc sententiam, à qua non
 discedam, donec plantas uidero diuersitatem testantes, nam
 quæ ab alijs depinguntur, fictitias esse, non dubito; non enim
 plantarum diligens affertur delineatio, nec locus, nec unde sint
 aduectæ refertur: præterea non omnes plantarum collectores
 illas habere icones, & quæ depinguntur ab alijs iconibus
 exceptæ sunt: & quod fortius, doctiores Scriptores nullā de
 illis habere rationem uideo. Quare etiam Hypoglossum, Laurum
 Alexandrinam, Laurotaxam, & Chamædaphnen, eandem esse
 plantam cum superiore censeo; nec nisi nominum diuersitatem
 habere, à Scriptoribus diuersis impositam, quam Dioscorides,
 & qui sequuti sunt eum, non animaduertisse ostendam. Foliorum
 forma Lauro similis, Lauri nomē plantæ huic indidit, non quòd
 ex Lauri genere esset: & ut aliqua ostenderetur differentia
 inter hanc, & Laurum, *Alexandrinam*, *εἰς Ideam* Laurum à loco
 in quo nasceretur, appellarunt, sicuti & *Radicem Ideam*,
 vel *herbam Ideam*, ut Plin. habet atq. alij quia humilis esset,
Chamædaphnen; alij à fructus forma & colore *Laurotaxam*, ut
 à Plinio refertur: & quia fructum folijs interceptum habet,
ἐπικαρπόφυλλον, & *Carpophyllon*: alij verò quia ligulam è medio
 folio exire animaduertenterunt, *Hypoglosson*, & *Hypoglotton*
 appellarunt. Hoc demonstratur, nam quæ Laurus Alexandrina
 dicitur, ab eodem Dioscoride, & Plinio *Hypoglotton*, pro
Hypoglosson Atticè: ex quibus synonyma esse clarè colligitur. Sed

- & Chamædaphnen Laurum Alexandrinam appellari, idē Dioscorides testatur in cap. de Chamædaphne: atque ita esse, non tantum nomina synonyma, sed & plantæ delineatio demonstrat: sed insuper virium potestas, ut inferius dicam. Lauri igitur
- Lib. 3. Alexandrinæ descriptio, (ut ab antiquiore & veluti fonte, Theophrasto inquam, initium ducam, purius quidem plantas descripsisse nemo dubitat) hæc est. *Illa quoque propria esse circa Idam feruntur, Laurus Alexandrina cognominata, & Ficus quædam, vitisque Lauri proprium, quod fructum super folia gignit, quemadmodum Myrtus sylvestris: quippe ambæ fructum super dorsum folij ferunt.* Et alibi. *Fructiferæque nonnulla fructum folijs interceptum gerentia, ut Laurus Alexandrina, quæ fructum super folio gignit.* Nota quidem priuata plantæ huic uidetur, ut *ἑπιφυλλόκαρπος* sit quemadmodum Ruscus: quibus aliam similem plantam nec Theophrastus descripsit, nec unquam vidisse scio aliquem. Quæ nota expressa diligenter videtur à Dioscoride in capite Lauri Alexandrinæ, his verbis: *καρπὸν ἐν μέσοις*, folijs intellige, *ἐρυθρὸν ἐρεβίνθου τὸ μέγεθος*, fructum in medijs folijs, *rubrum Ciceris magnitudine*, & in capite Chamædaphnes: *καρπὸν περιφερῆ ἐρυθρὸν, τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα*. fructum rotundum rubrum, folijs innatum. Quibus minimè arriidens obseruantior scriptor, cum Rusco essent communia; magis priuatam notã, sicuti nomenclaturam tribuit huic plantæ, & relicta descriptione fructus, foliolum, ligulam scilicet his verbis habere tradidit. *καὶ ἐπὶ ἄκρου ὡσπερ γλωσσίδα παρὰ τοῖς φύλλοις*. Quæ Plinius vertit, *Et in his ceu linguas, folio paruo exeunte de folijs*. Et idem de
- Lib. 15. *Laurotaxa* loquens, ait: *Excrescente in medio folio paruulo, veluti lacinia folij.* Quam ligulam etsi in Rusco consideremus, illã non ligulam folij, sed veluti folliculum floris esse censetur: atque ita nulli competere plantæ ligulam hanc adhuc est cognitum.
- Lib. 4. Dioscorides verò, *Laurus Alexandrina, quam aliqui Idæam, & c. folia habet similia Rusco, maiora verò, molliora, & albidiora: fructum autem in medijs folijs rubrum, magnitudine Ciceris: ramos à terra pedales, vel maiores. Radicem admodum similem Rusco, maiorem, bene olentem, atque molliorem. Nascitur in montanis locis.* Ex quo Plinius, *Est & Chamædaphne sylvestris frutex, est & Alexandrina, quam aliqui Idæã, alij Hypoglotton, alij Daphnitin, alij Carpophyllon, alij Hypelaten vocant. Ramos spargit à radice dodrantales, topiarij ac coronarij operis, folio acutiore quam Myrti, molliore, candidiore, ac maiore, semine inter folia*

lia rubro. Plurima in Ida & circa Heracleam Ponti, nec nisi in montosis. His respondere videntur Chamædaphnes descriptiones: Dioscorides verò ait, Chamædaphne, quam & aliqui Laurum Alexandrinam vocant, virgas producit cubitales, rectas, tenues, & læues. Et huius folia similia Lauro, læuiora multò & viridiora: fructum rotundum, rubrum folijs innatum. Ex quibus Plinius. Chamædaphne unico ramulo est, cubitali ferè, folio tenui Lauri similitudine: semen rubens annexum folijs. Ab his non differunt, quæ de Laurotaxa, inquit Plinius. Accedit in topiario opere Taxa, excrescente in medio, folio paruulo veluti lacinia folij. Quæ eadem est cum eiusdem Hypoglossò. Hypoglossa folia habet syluestris Myrti concava, spinosa, & in his ceu linguas, folio paruo exeunte de folijs. Quam Dioscorides ita ante descriperat. Hypoglosson frutex paruus est Rusci tenui folijs similis: comam verò habet spinosam, & in summo veluti ligulas in folijs. Cuius etymò affert Galenus, Hypoglosson inde adeò nuncupata est, quòd summis corymbis velut ligulæ quædam exeunt. Quibus omnibus delineationibus plantam, quam Hypoglosson, siue vt vulgò dicunt Bislinguam respondere demonstrabo. Planta igitur hæc, non solum oritur in Ida & Heraclea Ponti, vt ait Plinius, sed vt refert Lobellius, in montosis, saxosisque & asperis incultis Genuæ, portus Lunæ, Sauonæ, Nicæ, aliisque Alpinis sterilibus calidorum tractuum: radicem habet Rusci modo, maiorem, bene olentem, albam, & molliorem, vt Dioscorides ait in capite Lauri Alexandrinæ: à qua primùm teneri stolones exeunt Rusci & Asparagorum modo, qui edi possunt, vt Galenus ait in capite Chamædaphnes, acerbi quidem sunt & subamari non ingrati, qui postea in virgas distenduntur pedales, & cubitales, ideòque Chamædaphne dicitur: singulares, sine ramis, ideòque Plinius, ait, de Chamædaphne loquens unico ramulo est. tenues, læues, flexibiles, topiario & coronario operi aptas, vt idem Plinius ait de Lauro Alexandrina & Taxa loquens: in quibus folia sunt forma foliorum Rusci nouelli, cuius folia angustiora sunt; sed huius maiora sunt, atque forma oblongiore, tam Rusci, quàm Myrti, Laurinis similia: albidiora verò, & molliora vt parui Rusci folia, quibus Dioscorides comparat, quæ molliora & albidiora, læuioraque sunt Laurinis, vt idem Dioscorides ait. Virgis hærent folia à medio ad summum terna primùm, deinde singula alternatim: quarum alia ligulas habent terram versus, alia

Lib. 4.

Lib. 24.

c. 15.

Lib. 15.

c. vlt.

Lib. 27.

cap. 11.

Lib. 4.

Lib. 8. de

simpl.

med. fac.

Lib. 6. de

simpl.

med. fac.

in cœlum suspicientia, quarum causa, ὑπόγλωσσον dicta fuit: omnia verò acuta sunt, sed non ita spinosa vt Rusci: ex medio & dorso folij, vt Theophrastus, Dioscorides, & Plinius, dicunt, sed etiam ex ligula, vt in Rusco ferè visitur, flores exeunt Rusci modo; quibus fructus succedunt rotundi, rubri, magnitudine Ciceris, Rusco similes, vt omnes aiunt, singuli vel bini, singulis folijs, petiolos habentes tenues, atque breues, sed singulorum fructuum intellige: qui verò bini simul visuntur fructus, horum singuli longiorem habent petiolum. Vere floret, fructus adhuc edere non vidi, serò fructus edit: sed illos habere dixi aliorum scriptorum sententia, qui videre potuerunt. His igitur sic cognitis, & descriptiones omnes sibi ipsis, & plantam illis omnibus respondere ostendi, quare formæ facta collatione, virium pote statem demonstrandam suscipio, vt scilicet mixtam habeat facultatem, atque præter siccandi & adstringendi facultatem, calida sit, acris amara vt gustu percipitur, quare digere, incidere, discutere, aperire, & mollire poterit. Galenus verò ait, *Daphnes herbe, quam, & Daphnen Alexandrinam appellitant, med. fac. temperatura euidenter est calida, & gustantibus acris simul est, & subamara, potaque tum vrinas, tum menses prolicit.* Et porro *Chamedaphne germina tenera edi quoque assolent.* Est autem persimilis viribus *Daphne Alexandrinæ, &c.* De Hypoglosso verò. *Cæterum radix & succus fructicis emolliendi vim possident, sicuti Dioscorides etiam ait: effectus verò harum facultatum eosdem esse illos conferendo demonstrabo.* Lauri Alexandrinæ hæ sunt vires apud Dioscoridē. *Vim habet radix pota sex drachmarum pondere cum vino dulci, auxiliandi difficulter parientibus, & vrinæ stillicidio. Ducit etiam sanguinem.* Quæ ita Plinius. *Laurus Alexandrina siue Idæa partus celeres facit radice pota trium denariorum pondere in vini dulcis cyathis tribus: secundas pellit, mensesque eodem modo pota.* Quibus similia de *Chamedaphne* idem tradit: *Menses succus eius, & vrinam ciet potus partusque difficiles in lana appositus: quæ Dioscorides, Succus cum vino potus, menses & vrinas ducit. Idem facit & in pessa appositus.* Item *Huius folia trita emplastri modo imposita capitis doloribus, & stomachi ardoribus auxiliantur.* Quæ Plinius, *Illinitur capitis doloribus recens. ardores refrigerat; Quibus Hypoglossæ vires respondent, Videtur, inquit Dioscorides, coma amuletum esse vtile caput dolentibus.* Quæ Plinius, *capitis dolorem corona ex his imposita minuit.* Præterea ad tor-

mina cum vino bibitur, & Dioscorides, Eadem pota cum vino tormina sedant. His respondentes vires à recentioribus cognitæ sunt. Bilingua epota difficulter parientes adiuuat, menses ciet, calculos pellit. Item Cordus ait, radicem siccam etiam bubones in peste maturare certissimis vulgi experimentis. Item Folia, radixque ruæ, gutturis ac tonsillarum tumores, ac earundem vlcerationes gargarizatu sanant. Scribit Marcellus, in Italia plantam istam puerorū collo appendi ad ruam reprimendam, quo ad ruam prolapsam contrahendam vsu, Vuulariæ nomen est adeptæ. ac etiam hernias contrahere protuberantes puluerem cum decocto Symphyti haustum Matthiolus scribit. Quibus nō minus Hypoglossi, quàm Lauri Alexandrinæ & Chamædaphnes dictæ, vires referre cognitum est, mixtam namque facultatem habere perspicitur effectu, atque gustu, folia quidem acerbata multò esse, sicuti & radix, atque acrimonia participare. Quare mea sententia videtur non sine ratione adducta. Valerius Cordus uir doctissimus animaduertit etiam, atque in ea est opinione, vt Hypoglossum & Laurus Alexandrina eadē plāta sit, quam etsi plantarum Auctor reijcere conatus sit, non tamen suum consequutus est finem. Non est radix Idæa, quæ ab alijs ponitur, nullam enim habet cum Rusco affinitatem. Non est Laurus Alexandrina quæ ab alijs præter Fuchsum depingitur: nam uel fictitia, uel non respōdens est, nec Chamædaphne, cū non habeat fructum folijs innatum, *ἑπιπεφυκότα* scilicet, vt Dioscorides ait.

Sideritis tertia Dioscoridis.



SIDERITIS, & hæc ideo dicta fuit, quoniã, vt Dioscorides ait, *ταύτης, δυνάμεις ἐπιτιθεμένης, κοιλιατικὴ ἐν αἵματι, καὶ νεοστερώτων*: ferruminandi scilicet uim habet recentia, & cruenta uulnera, ferro facta, quod *σίδηρος*, dicitur, indeque *σίδηριτις* dicta. Planta hæc radicem habet fibrosam, nigram foris, intus albescentem, ex qua multa folia, decem, plus, minúsue exeunt rotundo ambitu, (sed quinque partita, veluti Geranij columbini dicti, profundioribus lacinijs, Coriandri folia, antequam caulem edat, satis forma, & læuore referentia, duriora verò, atque maiora duplo, quando-

Nomen.
& Ety-
mon.
Lib. 4.

Forma.



Σιδερίτις

Sideritis

quandoque magis circumferrata: supernè atrouirentia, infernè verò ex viridi albescentia, politioraque) ex singulis petiolis tenuibus dodrantem altis, vel minus, ex viridi albescentibus in summo; contrà verò rubescentibus, è radice simul prodeuntibus; à qua etiam, & ex medio foliorum plures caules, aliquando vnicus, præsertim ex nouella planta, exit admodum Sideritidis secundæ, Pimpinellæ nobis vulgò dictæ, cauli similis, læuis, rotundus, striatus, eodem colore purpurascens, quandoque parum folia superans, cultu verò, & locis pinguioribus bipedalis; unica, uel duobus alis diuisus, ex folijs, quæ cauli hærent, exeuntibus: in quorum summo, & caulis ueluti corymbi, quatuor exeunt pedicelli, vnicus in medio existens breuior: reliqui tres triangulum effigiant: singuli tres florum corymbos habentes: medius verò vnicum, & maiorem. Flores parui admodum sunt, atque antequam pandantur villi, purpurascens, postea verò albescentes, multis purpureis staminibus duriusculis, tactu etiam asperis ornati: ex quorum mixtione puniceus color oculis redditur. Gustu sunt ex dulci, amari, astringentes; non dissimiles Sideritidi secundæ Dioscoridis. Hi uerò amplius quid aromatis continere palato percipiuntur. Aprili & Maio mense floret: Iulio perficitur semen asperum, atque hirsutum. Frequens hîc est secus vallium, colliumque uias umbrosas supra tophos muscosos, & parum terræ habentes oriens. Hæc satis uidetur mea sententia Dioscoridis delineationi respondere, qui ait. Ἐπι καὶ ἑτέρα εἶναι λέγεται σιδηρίτις, ἢ καὶ αὐτὴν Κρατέυαν ἢ ῥάκλειαν καλεῖ, φουρνόλιον ἐν τοίχοις, καὶ ἀμπελῶσιν, ἔχουσα φύλλα πολλὰ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, ὅμοια κοριάνῳ περὶ καυλίους σπιθαιμαίοις, λείοις, τρυφεροῖς, ὑπολεύκοις, ἐνερευθέσιν. ἄνθη δὲ φοινικὰ, μικρὰ, γεωμετρικὰ πικρὰ, γλίχρα. Præterea aliam Sideritidem esse tradunt, quam Crateuas heracleam vocat, in muris & vinetis nascentem, folijs ab vna radice multis, Coriandro similibus, circa caules pedales, teneros, læues, subcandidos, atque rubicundos: flore puniceo, paruo: gustanti amaro, & glutinoso. Quæ cum forma, & sapore similis videatur, viribus etiã respondere cenfeo. Sed certè huius vires non solum Sideritidi pares, sed etiam maiores esse, illis à Dioscoride eidem tributis, recentiorum experimento constat, unde apud Gallos uulgatum est Adagium de plantæ huius uiribus, aiunt enim. Qui Saniculam habent, (sic eãdem appellant) Chirurgus non egent. Dio-

Tempus.

Locus.

Lib. 4.

Descriptio.

Vires.

scorides has vires Sideritidi tertiæ tribuit, *Et huius impositæ vis est, ut cruenta, & recentia vulnera glutinet.* Lobellius uerò, *Internis & externis ulceribus, sanguinis eruptionibus, dysenterijs, ruptis, vulsisque auxiliatur decocta, pota, atque imposita.* Quare nomen illi antiquius reddendum duxi, cum forma satis, atque uiribus tertiam Dioscoridis Sideritidē præ alijs referat, eadēque iudicanda sit. Non est Sideritis tertia Robertianum Geraniū, & si ad uulnera ab eodem sit commendatū, in folijs enim caule, totāque planta hirsutie obducta est semper, contra Dioscoridis sententiam, qui ait, *καυλίοις σπιθαμιαίοις, λείοις, τρυφεροῖς, &c.* Præterea nullam Dioscorides plantam Coriandri folijs hirsutam describere uidi, non addita hirsutiei differentia: item Geranij folia multum sunt incisa, propius Anemonæ, quam Coriandro similia, quamuis Anemone sit Coriandri folijs, sed Dioscorides hoc animaduertit, dicens: *φύλλα δὲ κοριοειδῆ ἢ λεπτοχιδέσπερα, &c.* ut etiam in alijs, atque hinc dixisset, cum profundis lacinijs sint admodum diuisa, & Geranio bulbofo primo Dioscoridis similia: quod Anemones folia habere tradit, non Coriandri: primò quidem Anemones descriptionem tradiderat, folijs multum incisis, ut supra dixi. Nec etiam flores Geranij sunt amari, nec glutinosi, neque in illis quicquam simile sapore & gustu inesse percipitur, ut multis ostendi. Præterea rostrum Gruinum habet, quod Dioscorides sicut in secundo Geranio, ita & hinc descripsisset; qua nota facilius nobis demonstrasset, cum illi sit priuata nota, & congeneribus. Non possumus plantam à Matthiolo depictam recipere, cum adhuc nec aliquis nisi depictam illam uiderit, Ranunculi faciem habentem: omnesque censent, ex plantis commentitijs ad eum misfis ab adulatoribus, illuforibusque amicis esse, quas nec ipse fidelis addiscens uidere, atque considerare quæsiuit.



Tragium

Tragium alterum Dioscoridis.

TRAGIUM nomen adepta est planta hæc, eo quòd, ut idem Dioscorides ait, *προβάλλει κατὰ τὸ φθινόπωρον τὰ φύλλα τράγιου ὁσμῶν, ὅθεν καὶ ὠνόμασαι τράγιον.* Emissione Autumnno foliæ hirci odorem, unde & appellatū est *Tragium*. Differt à primo Tragio, nam illud non hirci uirus olet, sed ita dictum fuit, quia Capræ sagittis confosæ, illius pabulo spicula è uulnere excutiunt, notamque priuatam habet, ut lacteum succum gummi non dissimilem habeat, & quòd in Creta tantum oriatur. Sed Theophrastus de eodem loquens, alterum uerò non cognouit, hæc ait. *Habet uerò lacrymam & Ixia, quæ in Creta nascitur, & Tragacantha dicta.* Hæc antea nasci tantum in Creta putabatur, nunc uerò in Achaia etiam, Peloponnesi, aliisque locis, & Asiæ circa Mediam comperiri certum est, & alibi, *Tragacantha largè in Arcadia nascitur, nec deterior Cretica existimatur, sed etiam visu pulchrior, & alibi, Ergo quibusdam spontè succus consistit, spissaturque lacrymæ modo, ut in Tragacantha appellata: hanc enim cedere opus nequaquam est.* Ex quibus suspicio est eandem plantam esse *Tragium & Tragacantham*, quam Gaza, Hircispinam uertit de qua aliàs. Huic uerò Plantæ notæ sunt inquit Dioscorides: *Τράγιον ἄλλο τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια σκολοπευδρίῳ,ρίζαν δὲ λεπλῶ, λευκῶ, παραπλησίαν ραφάνῳ ἀγρίῳ.* *Tragium alterum folia habet similia Scolopendrio, radicem tenuem, albam, persimilem Rhapsano syluestri.* Cui descriptioni plantam à me propositam respondere demonstrabo: quæ radicem habet Rhapsano syluestri similem vel Pastinacæ erraticæ, pede longam, minimum digiti crassitie equantem, albam, raris fibris diuisam: folia emittit petiolis ex aduerso hærentia quaterna, & in extremo unicum, Sideritidis secundæ Dioscoridis modo, Pimpinellæ vulgò nobis dictæ; (ob cuius similitudinem, & hanc Pimpinellam hircinam uocant) rotundiora, atque magis & profundè diuisa: sed si semine seras, primùm bina emittit folia singulis petiolis hærentia, rotunda Coriandrini similia, deinde bina singulis petiolis, & postremò quaterna sibi ipsis aduersantia,

Lib. 4

Lib. 9.

c. 1.

Lib. 9.

c. 15.

Lib. 9.

c. 8.

Lib. 4.

Descriptio.

Forma.



in quorum extremo unicum inest. Caules emittit tenues admodum, pedem & sesquipedem altos, binis, ternisue geniculis interceptos, ex quibus folia admodum tenuia exeunt: in summo uerò eorum umbellæ insunt floribus refertæ albis, quibus succedunt semina oblonga similia Aniso, sed minora multum; colore ad uiridem tendentia, atque hirsuta. Floret Aestate, Autumni initio semina perfecta inueniuntur. Oritur in Montibus, faxis, & locis terrenis: in monte Diuæ Mariæ Virginis appellato excelso & frigido frequens. Folia confricata uirus olent hirci, sicut tota planta. Gustu acri, atque *πρασίζοντι*, non solum Autumni tempore, sed semper. Quare fieri potuit, ut Dioscorides, uel is à quo transcripsit, plantam hanc Octobris mense uiderit, tunc enim hîc sine umbellis, & caule corrupto inuenitur, noua erumpens folia, quo tempore magnam habere cum Scolopendrij folijs similitudinem conspicitur caule existens uidua: atque ita eo tempore tantum folia naribus admo- uuit, atque ignorans, an toto anno eundem remitteret odorem, tempus Autumni tantum, quo ipse inuenit, atque considera- uit, (ut in alijs multis, quæ sine caule, & sine flore descripsit) posteris tradidit. Eo enim tempore propter humoris abun- dantiam folia magis uirus olent, sicuti in planta Androsemo uerius putata, Siciliana dicta simili, & congenere, obseruatur, cuius folia quæ iam siccarî incipiunt, non hirci uirus, sed uini odorem remittere uidentur. Obstaret plantæ huic aliquorû sententia forma foliorum, quam dicunt non esse Scolopendrij folijs similem: quam sententiam ita reiiciendam duxi. Asplen- num folio constat Polypodij diuisura, quod est Filici simile Dioscoridis sententia: sed axioma est, quòd ea quæ uni dato sunt similia, ad inuicem similia esse dicentur: ergo non sine ra- tione & similitudine necessaria, plantæ huius folia sunt Aspleni folijs similia, cum Filici Polipodium sit simile, atque idẽ Dio- scorides Filici Sideritidem secundam, & Trichomanes compa- rat: quod utrinque folia ex aduerso posita Lentis similitudine habere ait. In Sideritide ait φύλλα ὅμοια τοῖς τῆς πέριδος, quia sola diuisura similia sunt: In Trichomane, *τριχομανές*, & c. ὅμοιον πέρι- δι, quia & foliorum substantia & diuisura Filici est simile: ut & *δρυοπτερίς ὅμοια πέριδι*, non φύλλα ὅμοια σκολοπενδρίῳ, ut hîc; quod tan- tum de foliorum diuisura est intelligendum, ut de Sideritide secunda

Tempus.
Locus.

secunda dixi, quibus foliorum Filicis figurã repræsentat vtrinque digestorum: longaque differentia est inter habere folia similia Scolopendrio, Scolopendrij scilicet folijs, & similem esse Scolopendrio; quod ultimũ de substantia & forma totius plantæ intelligitur, vt dixi de Dryopteride, & Trichomane. Obstare dicunt aliqui quod de Filice fœmina Dioscorides scripsit, *φύλλα περίδι ὅμοια*, & tamen substantia & foliorum diuisura similis est Filici mari: ad quod respondere pro me Dioscoridem dico, & sic. Filix fœmina quamuis mari similis sit substantia & diuisura foliorum: positum tamen foliorum ualde dissimilem habet, nam fœmina est ramosa, & non uno petiolo constat, ut Filix mas, sed pluribus alis; ideoque cum plantæ maximè similitudine foliorum & diuisura dignoscantur, maiori nota, qua facilius dignosci poterat, descripsit: atque folia similia Filici habere ait, cum plantæ habitu differret: ramorum scilicet multitudine. Præterea Rhapsano similem radicem, nullam ex Filiceorum genere plantam habere adhuc compertum est, sed obliquam, ut Polypodium; reliquos verò capillares. Nec de floribus est dubitandum, ut aliqui dicunt, qui à Dioscoride tacentur, nam hoc fuit, quia eo tempore caule & floribus uiduam plantam conspexit, quod multis plantis euenit, quorum flores non descripsit, & tamen illos habere certò scimus: aliquibus penitus abstulit; illasque flore carere dixit: atque hinc etiã oportebat ut flores negarentur scribere, & hanc flore carere, si flores non emitteret. At potius credendum est plantam hanc à notiore nota describere uoluisse, ut facilius cognosci posset, à forma & diuisura foliorum, & ab hirci olentia. Quibus sic cognitis, iam uidetur planta a me proposita dubijs soluta Tragij nomen assequi debere: cuius uires Dioscorides ita expressit: *Hæc radix scilicet, siue cruda, siue cocta edatur, dysentericis opitulatur.* Quam uim recentiores, quia ad id non commendatur planta hæc, negant habere: tantum agnoscunt, ad calculos frangendos aptam esse, & urinas eliciendas: atque ob id contrariã potius dysentericis iudicant. Sed si consideretur plantæ substantia & qualitas, gustu percipietur acrimoniam quandam habere cum quadam odoris grauitate, & adstrictione non carere: qua dysenteriam prohibere poterit, præsertim si uiscerum imbecillitate proueniat, (multæ namque sunt causæ) corroborans iecur,

Vires.

iecur, & infirmas partes per urinam euacuans, & siccans diuer-
 ténſque humorem adstringere fluxionem, vt etiam in Alismate
 euenire cenſeo, quod acrem uim obtinet, atque Dioſcorides ad
 dyſenteriam facere Dauci pari parte admixta ait: cuius etiam
 uis eſt acris, atque præſertim urinam mouens. Quam faculta-
 tem etſi recentiores non ſint experti: Galenus non denegat, at-
 que propter adſtrictionem quam habere plantam ait, poſſe dy-
 ſenteriam & ſimiles fluxiones ſiſtere. ait enim de utroq. agens.
Tragij folia, fructus, lacrymæque trahentis, & digerentis ſunt facultatis.
Eſt verò tenuium partium, & facultate in principio tertij ordinis calida.
Stipites, & hærentia corporibus extrahit, lapides frangit, menſes mouet,
drachmæ pondere potum. Porro in Creta ſola naſcitur Tragion lentisco
ſimile. Cæterum alterum Tragium hoc minus, cuius folia Scolopendrio ſunt
ſimilia, viſitur quidem multis locis: ſed non parum habet facultatis adſtrin-
gentis: vt ad fluxionum affectus conueniat. Et ſic vi calidæ facultatis
 poterit incidere, & abſtergere, calculos minuere, & vrinas ino-
 uere; ſiccantis & adſtringētis, Dyſenteriam & alias fluxiones,
 à contraria cauſa effectas emendare. Quorum exempla non
 pauca apud Dioſcoridem & Galenum extant, vt eadem calcu-
 los frangant & menſes moueant, eadēque Dyſenteriam, &
 Diarrhæam ſiſtant propter adſtringentem facultatem, calidæ
 ui mixtam. Sed hæc medicis ſunt relinquenda. Eſt & altera plā-
 ta Tragium appellanda, quæ parum à prædicta facie diſidet,
 ſicuti nec uiribus. Folia quidem prima ab radice ſuperiori ſi-
 milia in ſingulis petiolis rotunda, læuia Coriandrinis proxi-
 ma, deinde laciniola efficiuntur, atque bina ſingulis petiolis
 conſpiciuntur, tertio quaterna, poſtremo ſena, ſed in omnibus
 unicū folium eſt in extremo rotundius, atq. maius, Pimpinellæ
 dictæ modo ſed maiora: caulē emittit Fœniculi modo cauū,
 læuem, alis diuiſum ſingulis geniculis, craſſiorē ſuperiore, um-
 bellas & ſemen non diſſimile, quæ Aestate perficiuntur. Huius
 femina à Ferdinando Imperato, atque ſpontè ortam ex inſula
 Capreis aduectam habui. Radicem & femina ſi guſtaueris, acri-
 moniam & odorem hirci, vt ſuperior habere cognoſces: folia
 uerò minimè *τραγίζοντα* obſeruabis, nec aliquo tempore. Nō eſt
 Tragium alterum Lunaria botrytis dicta, nā non niſi unicū fo-
 lium habet, ſi Scolopendrio ſimilis eſſet, non radicem albam,
 ſed nigram, nec Rraphani ſylueſtris magnitudinem æquantē,

Varietas

non

non esui aptam, nec hircinum odorem remittit, ut Pena etiam animaduertit. Nec planta illa exotica, in appendice Histor. Plantar. depicta. quæ & Sucudus Auicennæ dicitur capitulis thymi modo: nullum quidem hirci odorem referunt habere.

Epimedium Dioscoridis.

Nomen,

Lib. 7.

c. 8.

de hist.

plant.

Lib. 21.

c. 15.

Lib. 27.

c. 9.

Lib. 4.

Forma.



VARE Epimedium appellata sit planta hæc, ignorare fateor, nisi ἐπιμήδιον, quia in Media frequens oriatur. Apud Theophrastum Epimetron legitur, & pro eo in Plinio Epipetron, & alibi, ut in Dioscoride Epimedium, in alijs nomēclaturis Erineos, & Thryon, quia aquosis gaudeat locis. Dioscorides uerò Epimediū habet, atque sic plantā delineauit. Επιμήδιον καυλός ἐστιν οὐ μέγας, κισσῷ παραπλήσια φύλλα ἔχων, ὅσον ἰ ἢ ιβ'. οὔτε δὲ καρπὸν οὔτε ἄνθη φέρει. ρίζαι δὲ λεπταί, μέλαιναί, βαρύοσμοι, γευσάμενον μωραί. φύβται ἐν τόποις ὑδρηλοῖς, Epimedium caulis est non magnus Hederæ folia similia habens, ferè decem, aut duodecim: non fructum, neque florem fert: radices subsunt, tenues, nigrae, graueolentes, gustanti fatuae; oritur in aquosis locis. Ex quo textu Plinius mutuatus ferè ad uerbū ita transcripsit.


Lib. 27. Epimedium caulis est non magnus, Hederæ folijs denis, aut duodenis, nunquam florens: radice tenui, nigra subgravi odore: nascitur in humidis.

c. 9.

Lib. 7. In Theophrasto uerò de florum differentia dislerente habentur hæc uerba. ἐνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθή, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίμετρον. Aliqua uerò omnino flore carentia sunt, sicut Epimetron. Quæ etiam Plinius cap. 8. de hist. plā. ita in sua reposuit, ut in cap. de Acino dixi. Acinos, quam Epipetron uocant, quæ nunquam floret. In Dioscoride uerò legitur nedū flore, sed & fructu etiam carere, & forsan hîc καρπὸν, fructum, pro semine usurpasse Dioscoridem, est censendum, ut in sequentibus capitibus, Xiphio, Sparganio, Xyride, & alijs multis. Quam etiam sententiam adiuuat hoc: non enim legitur, nec in Theophrasto, nec in Plinio, quòd planta hæc fructu uel semine careat, sed flore tantum, quare suspecta, atq. ab aliquo adiuncta hoc loco, uerba οὔτε καρπὸν censeo existimanda: aut legi debere, & interpretari, non semen, neque florem fert: atque etiā dici posset, suspecta adhuc esse, nam qualibet planta prius florem,

Επιμόδιον

Epimedium



rem, deinde fructum, & semen, perficere uidetur: atque prius οὐτε ἀνθος, posuisset, deinde οὐτε καρπὸν, ut in Dictamno Phyllitide, & Adianto licet videre, & similibus. Quòd autem plantæ fructu, uel semine, & flore careant, intelligendum est, nobis non cōtingere forsā illos uidere, uel quia insensibiles ferè uideantur, à nobis perspicuè non conspici, ut in plantis capillaribus, & Filiceorum genere, atque etiam plantis alijs, quorum semina ueluti atomi impalpabilia uideantur, quorūque flores nō conspiciuntur. In aliquibus uerò Orchidibus, Pirola, & similibus flores conspiciuntur: semen uerò ueluti puluis est, quo carere aliquis dicere posset, nam ex illo ita tenuissimo semine, minimè constat plantam oriri posse, experimento facto, plantæ quidem quæ radice se propagant, uel nunquam, aut rarò semen perficiunt, quo nec exeunt, præsertim ex supradiçtis; aliquæ uerò contrà. His cognitis plantam describam, quæ frequens est in Monte D. M. Virginis, uulgò *Monte Vergine* appellato, frigido & excelso, locis humidis aquosis, pratensibus: Vere exit, Martio scilicet mense inuenitur ab radice tenui, subnigra, intus flauescente, repente atque fibris diuisa, folia edens rotunda Hederae forma, læuia Soldanellæ marinæ similia, minora uerò, tertij Sedi à me descripti primis folijs ferè æqualia, quæ etiam Hederae similia sunt, sed non ita crassa, atque molliora, singulari cauliculo ex opposito alternatim hærentia, dena, aut duodena, uel aliquando etiam minus, magisue; secundum loci annique temperiem: è medio uerò caulis parum sub primis folijs producit petiolus tenuis in summo plures racemos utrinq. petiolo hærentes, foliorum etiam numerum æquantes, acinos habentes congestos, paucos, uirides, qui nec florem unquam edunt, nec semen intus habere conspicitur, sed pro eo, pallido colore puluis tenuissimus, atque impalpabilis inuenitur, qui an fatus, ex eo planta exeat, incertum est, sæpe quidem cū expertus sim, nunquam exire aliquid cognoui. Maio & Iunio cum botrybus racemosa inuenitur. Tota planta dodrantalis ad summum est. Radix grauem odorem terreum, putidūmq. remittit, gustu insipido aqueo. Recentiorum experimento constat frigidam, & siccam esse temperamento: quare ad uulnera ferruminanda, ulcera cicatrice adducenda efficax est; luxatæque coniungenda. Item ad album mulierum profluium. Lobellius, ad enterocelas,

Descri-
ptio.

Tempus.

Vires.

rocetas, & hernias magnæ commendationis, & utilitatis potã, & impositam esse ait: eximiè quidem ferruminandi uim habere asserit. Dioscorides verò: *Huius folia concisa cum oleo trita cataplasma mammis exhibent, ut ne aulescant. Et radix conceptionem impedit. Et folia trita quinque drachmarum pondere cum vino pota, post purgationem dies quinque ne concipiant, seruant.* Plinius uerò ait. *Et huic siffandi, refrigerandique natura, sceminis cauenda. Folia in vino trita virginum mammas cohibent.* Galenus uerò, *Epimedij vis est moderatè refrigeratoria, cum aquea humiditate: quare nullam habet insignem qualitatem. Vberibus illitum ea recta seruare potest. Aiunt uerò si potu hauriatur, sterilitatem parere.* Quibus non minus facie quàm uiribus respondere planta hæc uidetur. Non est Epimedium Hepaticũ trifolium appellatum, nam & flores eodem tempore, cum folijs, pulchros, atque conspicuos edit: nec unico cauliculo folia hærent, ut Dioscorides ait, qui scribit, ut caulis habeat folia decem, aut duodecim, *καυλός δεκά & c. έχων φύλλα & c.* non ut petioli singulũ folia habeant diuersi à caule. Neque planta illa magna Aethiopici Sefelis dicti folijs, uel Libanotidis, ut aiunt, nam & magna planta est, eodẽmq. uitio prædita, quo superior, nec decem, aut duodecim, unico cauliculo, sed semper nouem habet singulis petiolis; *καυλός εννέα*, inquit Dioscorides, sicuti in capite de Orobanche, & similibus plantis, quæ caulem simplicem habent, etsi aliquando confundat scribendi modum. Huic congener uidetur natalibus, magnitudine, naturã, uiribusque planta illa Ophioglosson appellata, folio oblongo hederaceo, ligula oblonga, ueluti connexis binis ex ordine botrybus composita, quæ nec florere conspicitur, nec semen habere, sed puluerem luteum, ut in supradicta, inutilem: uiribus etiam recentiorum experimento similibus.

Lib. 4.

Lib. 27

cap. 9.

Lib. 6. de

simpl.

med. fac.





Sifer Dioscoridis.



SISER, à Græcis *Σίσαρρον*, dicitur. Huius no-
 tas, quia uulgare, atque notum erat Diosco-
 rides tacuit: hæc de ipso scripta reliquit.
Σίσαρρον γνώριμον, οὐκ ἢ ῥίζα ἐφθὴ, εὐσμοσ, εὐσμάχος,
οὐρητικὴ, ὀρέξεως προκλητικὴ. Sifer notum est, cuius
 radix decocta ori grata est, & commoda stomacho,
 urinam ciet & appetentiam excitat. Hoc Plinius, *Lib. 20.*

Nomen.

duplex esse ait, Sifer erraticum satiuo simile est, & effectu, stomachum
 excitat, fastidium absterget, &c. & alibi de Pastinacis supra loquu-
 tus subiungit. Inter medica dicendum Sifer, & ipsum Tiberius princeps
 nobilitauit, flagitans omnibus annis à Germania: Gelduba appellatur castel-
 lum Rheno impositum, ubi generositas præcipua. Ex quo apparet frigidis
 locis conuenire. Inest longitudine neruus, qui decoctis extrahitur, amari-
 tudinis tamen magna parte relicta, quæ mulso in cibis temperata, etiam in
 gratiam vertitur. Neruus idem & Pastinacæ maiori, duntaxat annicule.
 Siferis satus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri,
 Octobri, &c. Idem paulò post. Et hæc autem feritur, & sifer, & pasti-
 naca utroque tempore, Vere, & Autumno, magnis seminum interuallis,
 nullave minus quam ternorum pedum, quoniam spatiosè fruticat. Sifer
 autem transferre meliùs. Galenus verò de Sifere hæc tantùm tra-
 didit. Siferis radix cocta stomacho grata est, & urinam mouet: secundo or-
 dine calfaciens, adiectam habens amaritudinem quandam, cum leui adstri-
 ctione. Columella uerò de Hortorum cura agens ait, Pastinaca,
 & Sifer, atque Inula conualescunt altè pastinato, & stercoreato loco, sed quæ re rust.
 rarissimè ponenda sunt, ut maiora capiant incrementa. Inulam verò inter-
 uallo trium pedum feri conuenit, quoniam uastos facit frutices, & radici-
 bus, ut oculus Harundinis serpit: nec est alius cultus horum omnium, nisi
 ut sarritionibus herbe tollantur. Ex quibus omnibus colligitur, plā-
 tam à me propositam Antiquorum Sifer esse absque dubio ul-
 lo. Radicem namque Pastinacæ satiuæ similem forma & sapo-
 re, verùm amarior, atque odoratiore: omnesque Pastinacæ ge-
 neri adscribere, qui adhuc de plantis recentiores scripsere,
 atque Pastinacam uulgarem, siue domesticam appellarunt. In
 hac radice neruus inest longitudine, qui eximitur, postquam
 elixata

Lib. 20.

c. 5.

*Lib. 8. de
 simpl.*

med. fac.

Li. 11. de

rust.

cap. 3.

elixata fuerit radix, non solum dulcedinis causa, sed quia tenerior est pars reliqua exterior, ciboque aptior, atque gratior; hoc & in Pastinaca satiuâ uulgari, & Rhapsano perspicitur, præsertim cum radices sunt bene adultæ, duriores tunc continent neruum cibo ineptum. Hanc postremo pro Elaphobosco depingunt, ab illius descriptione longè alienam: differt namque radice forma, sapore, atque semine Anetho dissimili, foliaceo compresso. Quamobrem non erit uerendum dicere non esse Elaphoboscon, atque Siseri perquam congruere, cum sapore, forma, atque usu Antiquorum monumenta etiamnum retineat. Seritur hæc semine, & postquam exierit, ut maior efficiatur radix transfertur altè prius refosso, atque stercoreato agro, atque rarius ut cætera olera deponuntur. Dalehampius alios sequutus, quia planta à se descripta plures habebat radices, putauit atque scripsit, non semine, sed radice seri: sed hallucinatus est, quia sequi uoluit Matthioli scripta, quæ à Marcello Virgilio, qui uerbis tantum Dioscoridem commentatus est, ea transcripsit. Neque animaduertit uerba illa Plinij: *Oculis ex radice excisis, ut Harundo seritur*, Inulæ satum, non Siseris demonstrare, de qua uerba faciebat. Idemque postea, Inulam, Siser, & Pastinacam eodem tempore magnis seminum interuallis serit; Siser uerò transferri melius. Quod hinc quilibet Olitor facit, prius uerò semine, Rhapsanos, Pastinacas, Cæpas, Lactucas, Brassicas, atque cætera olera serit, deinde opportuno tempore prius altero solo refosso & stercoreato, ut melius conualescant, atque grandiora fieri possint, radices transfert. Hoc apertè iubet Columella, ut supra dixi loco citato, & ita eius uerba intelliguntur. Quibus sic conceptis ad plantæ descriptionem redeo.

Forma. Radice firmatur longa, Pastinacæ satiuæ simili, alba, aliquando in superiore sui parte purpurascens, quæ intus neruum, ut Pastinaca, & similes continet, sed duriores, atque lignosum minime uescendo aptum. Primo anno digiti crassitudinè æquat, postea quidem fit grandior, atque excedit Pastinacam: folia emittit ex semine nata primùm bina, deinde terna, postea uerò quaterna ex opposito, petiolo in imo rubenti hærentia, & unicum latius singulis petiolis in illorum extremo: superius leuia, inferiùs aliquantulum hirsuta, per ambitum serrata, atque Laueris modo cui admodum similia sunt, insuper diuisa præsertim

fertim cū planta tres annos attigerit: caulem edit fœnicula-
 ceum hirsutum, rubescentem, geniculatum, atque singulis geni-
 culis alis diuisum, secundo anno pedes altum quatuor, postea
 uerò æquat, uel superat hominis staturam: in summo caulis &
 alarum, quas plures edit, insunt umbellæ luteæ, & in his postea
 semen foliaceum duplex compressum, Angelicæ uulgo dictæ fe-
 mini simile: Augusto mense perficitur: locos amat pratenses. *Tempus.*
 Huius radicis sapor, est Pastinaca amarior, atq. odorator, aro- *Locus.*
 maticum quid amplius habens, gustu gratior, quapropter etiã-
 num à multis feritur, & præsertim in Gallia Cisalpina, ut ab il-
 lius prouinciæ incolis amicis accepi, in cibo auidissimè expe-
 titur, atque ut palato gratior fiat, illam ita parare solent. Ra-
 dicem adultam accipiunt lauântque, fibras paruas cultro exci-
 dunt, postea elixant, atque cū refrigerit per longū diuidunt,
 neruūque eximunt, atque in frustra dissectam, patella oleo fer-
 uenti plena, farina prius obductam piscium modo frigunt: eo
 euadere sapore aiunt, ut nec pisces bene conditos ea mensa de-
 gustare comedentibus placeat ampliùs. Non igitur mirum si
 Tiberius princeps, ut à Plinio refertur, omnibus annis à Ger-
 mania afferri iubebat, cū sit ita palato, & stomacho grata atq.
 utilis. Huius facultates ita præter alios Plinius descripsit pri-
 uatim. *Sifer erraticum satiuo simile est & effectu, stomachum excitat, Vires.*
fastidium absterget. Ex aceto Laserpitiato sumptum, aut ex pipere, & mul- Lib. 20
so, uel ex garo, urinam ciet, ut Opion credit, & Venerem: In eadem senten- c. 5.
*tia est & Diocles. Præterea cordi conuenire conualescentium, aut post mul-
 tas uomitiones perquam utile. Heraclides contra argentum uiuum dedit,
 & uenero subinde offensanti: agrisque se recolligentibus. Hicesius ideo sto-
 macho utile uideri dixit, quoniam nemo tres Siferes edendo cōtinuaret: esse
 tamen utile conualescentibus ad uinum transeuntibus. Satiui priuatim suc-
 cus cum lacte Caprino potus sistit aluum. Ex his igitur notum est
 plantam hanc Antiquorum usum Siferis, atque uires ab illis
 tributas retinere, quare alias plantas ab alijs descriptas mini-
 mē Siferis uires atque gustum, & usum referre iudicauit: Ela-
 phobosci potius historiam repræsentare planta illa radice
 Asphodelo simili uidetur, de qua dicam.*

Elaphoboscon Dioscoridis.

Nomen,
& Ety-
mon.

Lib. 3.

Lib. 22

c. 22.

Lib. 25

c. 8.

Descri-
ptio.


Lib. 22

c. 22.

Forma.



VONIAM ut fertur, Cerui hoc pabulo aduersus serpentium ictus resistunt, Elaphoboscon dicta fuit planta hæc, quasi ἐλάφων βόσκη, ut Dioscorides ait, ταύτην φασὶ τὴν πύαν τὰς ἐλάφους γεμνηθείσας, ἀντέχειν τοῖς τῆς ἐρπετῶν δύγμασι. hanc dicunt herbam ceruas depastas resistere reptilium moribus, & Plinius. Quippe fama est hoc pabulo Ceruos resistere serpentibus, & alibi. Simplicius Ceruæ monstrauiere Elaphoboscon, de qua diximus. Hanc Dioscorides his notis depinxit. Ἐλαφόβοσκον καυλὸς ἔστι λιβανωτίδι ἢ μαράθρω ἐμφερῆς γεγονατωμένος. φύλλα διδάκτυλα τὸ πλάτος, ἰκανῶς ὀπιμήκη ὡς Τερεβίνθου, περικεκλασμένα, τριχέα ποσῶς. ἔχει δὲ παραφυάδας ἰκανὰς ὁ καυλὸς, σκιάδια ἐχούσας ὅμοια ἀνήθῳ, ἀνήθῳ πομήλινα, καὶ τὸ σπέρμα ἀνήθῳ ἐμφερές. ρίζα ὡς τριδάκτυλος τὸ μῆκος, πάχος δακτύλου, λευκὴ, γλυκεῖα, ἐδώδιμος. καὶ ὁ καυλὸς δὲ λαχαίνετασ ὄρτιφους ὢν. Elaphoboscon caulis est Libanotidi, aut Fœniculo similis, geniculatus, folia habens dñum digitorum latitudine, satis oblonga vt Terebinthi, circumfracta, aspera aliquantulum. Habet autem caulis propagines multas, habentes umbellas Anetho similes, flores submelinos, & semen simile Anetho. Radix est trium digitorum longitudine, crassitie vnus digiti, alba, dulcis, & esui apta, & caulis olerum modo editur, dum recens est. Et Plinius, Elaphoboscon ferulaceum est, geniculatum, digiti crassitudine, semine corymbis dependentibus Silis effigie, sed non amaris; folijs Olysatri. Quæ descriptio mutila uidetur, cum nec flores, nec radicem describat, & digiti crassitudo uidetur potius cauli, quam radici, de qua nihil dicit, tributa. Quare Dioscoridis descriptionem hoc loco magis sequendam esse censeo, cum satis totã plantam ex ea delineatam habeamus: cui à me depicta planta satis respondere uidetur: his enim partibus constat. Radices habet albas, dulces, esui aptas, aromaticas, sapore nigræ Theophrasti pasinacæ: digiti crassitudine, longitudine uerò tres, quatuorue digitos, uel minus, aliquando cultu, & uetustate magis, æquantes: plures, ab uno ortu Asphodeli modo dependentes, à quibus folia exeunt Laueri, uel Siferi à me depicto similia, sed terna ex opposito petiolo hærentia, atque unicum in extremo,




extremo, ut in Terebintho, sed per ambitum ferrata dentibus acutis, tactu asperis, (quare uerbum illud *ραχία*, non ad foliorum superficiem, sed circumferentiam, refertur, atque non *hirsuta*, sed *aspera*, interpretandum est hoc loco, sicuti eiusdem Dioscoridis est exemplum in cap. de Elleboro nigro, ubi folia aspera esse dixit, per uerbum *ραχία*, quod nec eo loco *hirsuta* interpretari potest: nulla nigri Ellebori quidem folia hirsuta esse scimus, sed ferraturis acutis circum aspera: præterea Dioscorides folia hirsuta per uerbum *δασία*, describit, quod proprium est, ut in cap. de Semperuio tertio notauimus) lata duobus digitis, atque tribus longa: caulem emittit rotundum fœniculaceum, geniculatum, & ex singulis geniculis alas, habentes in summo, ut caulis, umbellas palleſcentibus floribus, quibus singulis succedunt bina semina non compressa, sed aliquantulum extuberantia Anetho similia. *Tempus.* Culta mihi floruit AEstatis fine, atque semina perfecit Autumno: gustu & sapore Pastinacæ nigrae aromatico, sed non amaro, ut Plinius notat. *Locus.* Sponte ortam non uidi, sed in agro Norbonensi oriri tradit Lobellius. Hæc satis Dioscoridis Elaphoboscum referre uidetur, etsi uideatur obstare, ut aliqui dicunt, Dioscoridem nullam de multiplicibus radicibus mentionem fecisse: ad quod respondetur, hoc euenisse, nam hæc planta, etsi multiplici sit radice, non semper multas habet radices, cum semine difficulter exeat, atque radice seratur, una ex illis auulsa, ut omnes iam cognouere; quare non erit absurdum dicere, Dioscoridi forsan contigisse, plantam unica radice allatam uidere: uel potius relatori fidem adhibuisse, qui radicem tribus digitis longam, & digito crassam esse affirmavit, nihil distinguens de multiplicitate; & sic Dioscorides ignarus forsan multitudinis, uel tacitus, ita descripsit plantæ huius radicem: putans sufficere ita radicem describere, ut sit unius digiti crassitudine, & trium longitudine. Nulla enim adhuc uisa est radix, quæ talem habere possit formam & magnitudinem, nisi sit Asphodeli, Pæoniæ fœminæ & similia. Radix quidem non carnosâ uel bulbosâ minimè poterit digiti crassitudinem assequi, nisi sit pede longior, ut Raphani, & similia. His responsum satis mihi uidetur, cum in reliquis respondere uideatur, & radicis hunc scrupulum ita defensum esse, & sublatum puto. Dulcis est plantæ huius radix
abſque

absque amarore aliquo, omnium sententia: quapropter, an Dioscoridis Siser sit, iidem dubitant: nam Galenus, & Plinius uolunt Siser amarore non uacare; atque cum in hac Planta Recentiores non reperissent amaroris notam, loci, cœlique uarietati, uarietatem obiecerunt: sed nec aliquis unquam huius radices amaras alibi degustauit. Reijcienda igitur est eorum de hoc sententia, cum & omnibus locis dulcis edulis, & gustu suavis sit. Iccirco, cum huius plantæ radix, tantum quia multiplex sit, à Dioscoridis historia differat; crassitie uerò, forma, & longitudine, colore, & sapore illam referat, atque etiam folijs Terbintho perquam similibus, caule, floribus, & semine, atque gustu respondere uideatur, non uereor pro Dioscoridis Elaphobosco afferre, satis suæ congruente delineationi. De quo Galenus loquens ita inquit. *Elaphoboscon facultatis est calida, & tenuium partium, ac proinde exiccatoriae secundo maxime excessuum ordine.* Dioscorides uerò hanc uim habere asserit. *Tradunt ceruas huius herbe pabulo resistere serpentium morsibus. Vnde & semen eius commorsis à serpentibus datur cum uino bibendum.* Plinius uerò habet. *Et hoc laudatum in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam, lateris dolores sedandos, rupta, conuulsa sananda, inflationes discutendas, coli quoque tormenta. Contra serpentium omniumque aculeatorum ictus. Quippe fama est hoc pabulo ceruos resistere serpentibus. Fistulas quoque radix nitro addito illita sanat. Siccanda autem in eos usus prius est, ne succo suo madeat, qui contra serpentium ictus non facit eam deteriore.* Hanc pro Sifaro omnes depinxere, atque uerum esse affirmant, sed in descriptione Siseris iam ostendi, omnes hallucinatos esse, cum ideo hanc Siser esse putauerint, quia radice scerebatur, una ex illis auulsa, quod ex Marcelli Virgilij commentario excepere, non sine omnium pudore, cum ex hoc cognoscantur ad legendum parum solliciti, uel ad uerba, & sensus considerandos inepti, atque nimis creduli. Non enim quia scripsit Marcellus Virgilius, *Seri hoc non semine, sed bulbis, veteres dixerunt: qui ut in Lilio, Inula, & Aro fit, à reliqua radice auulsi, ad nouam sobolem in hortis disponuntur,* ideo non erat Plinij, atque Columellæ textus ab eodem citatus considerandus, atque sensus ueritas excipienda, quam, ut dixi in descriptione Siseris patefeci: nec repetenda est hinc amplius. Non esse Elaphoboscon Dioscoridis quæ ab alijs depingitur, ex his quisque iudicabit. radice quidem sa-

Lib. 8. de
simpl.
med. fac.

Vires.
Lib. 6. de
simpl.
med. fac.

Lib. 22
c. 22.



pore, forma, longitudine, semine foliaceo Anetho dissimili, totaque forma abesse cognoscet.

Papauer Heracleum Theophrasti, & Dioscoridis.



PAPAUERIS nomen huic plantæ inditū fuit, non quòd esset ex genere Papauerū, sed quia inter segetes sicuti Papauer rhoeas folijs nō dissimilibus exoritur, capitula etiam Papaueri similia habens. Herculeum uerò dictum ob uirium præstantiam in educendo uomitione humores comitiales efficientes morbum, quo Hercules depressus fertur: unde comitialis morbus Hercules dictus est. ἀφρώδης à Dioscoride dicitur, quia album sit, & spumæ speciem hirsutie referat. Spuma quidem cuiuslibet rei dicitur, quod rarum, album, leuèque sit, ut salis spuma, quæ ueluti situs, aut lanugo quædam saxis hærens inuenitur; quam Dioscorides ἄχνη, & ἐπίφυμα appellauit: quæ uerba lanuginem significant: uel quòd simile sit forma & colore, ut Aphronitrum. Dicit etiam potest ἀφρώδης ab effectu, spumosum enim humorem, pituitam scilicet, in aqua mulsa potum, uomitu educit, ut Theophrastus, & Dioscorides aiunt, Galenusque consentit. Huius notas sic Theophrastus depinxit, ἑτέρα δὲ μήκων, ἡράκλεια καλεῖται: τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα οἷον σρουθὸς, ὡς τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι. ῥίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπόλαιον: τὸν δὲ καρπὸν λευκόν. Aliud autem Papauer heracleum appellatur, quod folium habet ut Struthium, quo lintea dealbant: radicem uerò albam per summam terram: fructum autem album. Dioscorides uerò habet. Μήκων ἀφρώδης, ὑπὸ δὲ τινῶν ἡράκλεια κληθεῖσα, καυλὸν ἔχει σπιθαμιαῖον, καὶ τὰ φύλλα σφόδρα μικρά σρουθίῳ ὁμοιωτά, καὶ καρπὸν παρ' αὐτοῖς λευκόν, καὶ τὸ ὅλον δὲ βοτάνιον λευκόν ὄντι, καὶ ἀφρώδες: ῥίζαν δὲ λεπτὴν ἐπιπλέον. Papauer spumeum, ab aliquibus herculeum appellatum est, caulem habet pedalem, & folia admodum parua, Struthio similia, & fructum ab ipsis album, & tota herbula alba est, & spumea: radicem autem tenuem in summa terra. Plinius autem ex Theophrasto excipiens scripsit. Alterum è syluestribus genus, heraclion vocatur, cap. 19.

Nomen, & Etymon.

Lib. 4. c. de spuma salis.

Lib. 9. c. 13. Descriptio.

Lib. 4.

Lib. 20. cap. 19.

ab

ab alijs aphron, folijs (si proculintuearis) speciem Passerum præsentantibus: radice in summa terræ cute, semine spumeo: ex hoc lina splendorem trahunt *Æstate*. In qua descriptione iam omnes animaduertunt Plinium hallucinatum, herbã ignorantẽ, à uocis fuisse similitudine; *σερούθιον*, vel *σρουθός*, *Struthium*, *Lanaria*, scilicet herba, cum *σρουθίον*, uel *σρουθός*, quæ uerba Passerculum, & Passerẽ significant: ideoque Passerum speciem folia præsentare dixit. Sed ueritas est ut folia Papaueris huius similia sint folijs *Struthij*, *Lanariæ* herbæ: qua lintea dealbantur. Sed hanc dealbandi uim Plinius non *Struthio*, sed *Papaueri* tribuit, dicens: *Ex hoc lina splendorem trahunt Æstate*: *φ* relatiuum non proximiori *σρουθός*, sed *Papaueri* tribuens. Nescio quidem, mirorque quomodo in hunc incidit errorem, nam *φ* relatiuum, nõ fœminini sexus est, ut *μήκων ἡράκλεια*, sed neutri, uel masculini, *σρούδιον*, uel *σρουθός*, quod tamen minimè animaduertens (emungebatur tunc candela) *Papaueri* perperam tribuit. Ex his denique nisi foliorum *Struthij* delineationem habeamus certam, nullam cum *Struthij* folijs habere similitudinem herculei huius *Papaueris* folia asserere poterimus. Quare quoad fieri poterit *Struthium* primò depingam antiquorum, eiusdem scilicet *Theophrasti*, auctoritate, & delineatione, deinde plantam pro *Papauere*, *Struthij* folijs admodum minoribus, ut *Dioscorides* notat. *Struthium* igitur ut ab ipsius etymo incipiam, ideo appellatum censeo, quia ipsius folia ad modum pennarum auis *Struthij* appellati, uulgò *Struzzo*, utrinque laciniata sunt: nam & aliæ plantæ à pennarum similitudine appellatæ sunt, ut *Filix*, quæ *πέρις* dicitur, quia folia utrinque digesta sunt pennæ modo, ut *Dioscorides* ait in cap. de *Filice*: ita etiam folia *Abietis*, esse uidentur, ut *Theophrastus* ait, & etiam *Sorborum*: *Singula verò*, inquit, *cōstant ex obliquis pennæ modo partibus, ac si omne unum esset, habens lobos excisos ad neruum usque, verum differunt singula multitudine partium. Decidunt verò non partes, sed totum folium pennæ facie*. Quòd etiam folia plantarum similia dicantur pennis *Struthij* auis, idem *Theophrastus* testis est, qui de arboribus *Indiæ* loquens ait. *Alia cui folium specie prælongum, simile pennis Struthiorum, quæ super galeis imponuntur, &c.* Item spinosa uel aculeata folia habere debet, nam *Theophrastus* inter *ἀκανθόφυλλα* *Struthium* recenset: atque *Sonchum*, & *Struthium*, & similia, non esse *acanacei* generis

Struthij
etymo &
delinea-
tio.

Lib. 4

Lib. 3. c.

10

Lib. 3. c.

11

Li. 4. c. 5

Li. 6. c. 3

neris notat, nam capitula non habent spinosa, uel spinis circun-
 data, ut reliqua spinosafoliata acanacea. Flores edere dicit *Li. 6. c. 7*
 idem Theophrastus Aestate inodoros, atque pulchros: *Floret*
& Iris Aestate, & Struthium dictum, flos aspectu pulcher, sed caret odore:
 cuius flores in coronis addi antiquitus refert Athenæus. Radicem *Lib. vlt.*
 teretem longamq. habere debet Polemoniaë similem Dio- *c. 10.*
 scoridis sententia, qui, de Polemonia loquens ait, *ρίζα πυχυαία,*
ὑπόλευκος, ἐμφερής στροβίλω. Radix cubitalis, subalba, similis Struthio. Sunt
 qui Struthium oleæ folia habere putent, atque Plinij auctori- *Lib. 19.*
 tate mouentur, qui ait; *At quæ vocatur Radicula, lauandis demum la-* *c. 3.*
nis succum habet: mirum quantum conferens candori, mollitiæque. Nasci-
tur satiuæ ubique, sed sponte præcipua in Asia, Syriæque, saxosis & asperis
locis. Trans Euphratem tamen laudatissima, caule ferulaceo tenui, & ipso
cibus indigenarum expetito, & tingenti, quicquid sit, cum quo decoquatur,
folio oleæ, & c. Sed hanc Plinij lanariam herbam Oleæ folio, non
 Struthium, cuius folia *ἀκανθόφυλλα* esse debent, sed quæ Dioscori-
 des *παρακανθόφυλλον* esse scribit, Hippophaës censerem. Pro Stru-
 thio uerò ex Iaceis uulgò dictis & Stæbis falsò putatis aliquã,
 uel illis similem supponerem: spinosa foliata quidem sunt ut
 Sonchus, & capitula eidem similia nõ acanacea habent: atque
 in aliquibus acrem tetrùmque halitum cerebro molestum in-
 esse percepi. Sed de his nihil nunc statuo, nam dealbandi uim
 lanas in radice perquiro: atque nunc Iaceas & Stæbas, folio-
 rum, atque plantæ totius forma Struthij delineationem referē-
 tes sufficit considerare: non ut Struthij uim referant, sed Plan-
 tæ habitum, cui simile folijs admodum minoribus herculeum
 Papauer demonstrandum suscepi, ut Dioscorides uult. Planta *Forma.*
 hæc frequentissima est in agris, nec minus erratico Papauere *Locus.*
 infesta, quare inter hordea non cribrata. etiam capitula inue-
 niuntur: Agricolaë *fior campese*, nuncupant. Radice firmatur par-
 ua, tenui, parum sub terra descendente, atq. multò minus Cor-
 niculato Papauere, cuius radicem per summam terram ferri
 tradunt Theophrastus & Dioscorides: alba paruis fibris diuisa:
 folia emittit primis erratici Papaueris folijs similia, atq. etiã
 Iacearum, & Stæbarum, quarum folijs etiam cum adoleuerit si-
 milia sunt, sed minora duplo, uel triplo, albidiora, atque mol-
 liora, lanuginosa multum, quare incana perspiciuntur: caulem
 emittit Veris fine, ab radice alis diuisum, in quibus & folijs,
 præter

præter naturalem aliorum foliorum hirsutiem, lanugo quædã uisitur, quasi rarũ superiectũ sit Bambaciũ, quo spumæ colorẽ, raritatẽque referre uidetur: nec alio modo spumam referre censeo plantam aliquam; nec ut aliqui putant exudare spumofum liquorem, in humido quidem extrinseci caloris feruescentia requiritur, ut spumescere possit, quod in plantis minimẽ

Tempus. posse accidere censeo, cum adhuc non obseruauerim. Aestate uerò in alarum summo ex singulis foliorum alis, ut in Chelidonio maiore, quod *παρ' ἕκαστον φύλλον* florem habere ait Dioscorides, capitula sunt alba, squamosa, flores edentia uarios, nam albo, purpureo, atque cæruleo colore conspiciuntur: quòd autẽ capitula huius plantæ sint similia Papaueris capitibus, idem Dioscorides tradit in capite Centaurij maioris, his uerbis, *ἔφ' ὧν κεφαλαὶ ὅμοια μύκωνι*, in quibus capita similia Papaueri: hæc quidẽ Centaurio similia sunt. Semen habet Cnici paruum ex cinereo album, quare *ἀφρώδες* dicitur, talis quidem est spumæ color, nam aquæ opacitas per ipsius diaphanas partes perspicitur: pappũ habens, amarum, acre, quod perfectum per se decidit aperto capitulo. Huic Theophrastus has uires tribuit. *Purgat per superna radix huius: utuntur ea aliqui ad comitiales in aqua mulsa.* Dioscorides uerò diligentius uires describens, & modum, ait. *Huius fructus, non radix, colligitur Aestate ubi plenè maturuit, & siccatus decidit. Purgat per uomitus, si acetabuli mensura cum aqua mulsa sumatur. Huiusmodi purgatio priuatim comitialibus commoda est.* Plinius quidem habet, *Tunditur in pila comitialibus morbis acetabuli mensura semen in uino albo: uomitiones enim facit.* Atque de semine Dioscoridi consentiens intelligit, nam Theophrastus radici uim tribuit in aqua mulsa pota. Plinius ab utroque in hoc dissentit, nam in uino albo potari scripsit: à quo deceptus Gaza, in uersione huius loci *μελικράτω*, uino mulso, interpretatus est. Sed error utriusque uidetur, nam in uomitionibus, nõ uino, sed aqua mulsa uti debet, cum propriam hanc uomitiones ciendi uim aqua mulsa habeat teste Dioscoride. Galenus uerò hæc de planta hac reliquit. *Papauer herculeum, uocatur & aphrōdes, eo quòd totum album, & spumeum sit, existens paruum. Semen habet pituitam expurgans.* Recentiores hanc seminis uim ciendi uomitiones non cognouerunt sub

Lib. 3 *med. fac.* Cyanei floris nomine à Plinio inter alios coronarios relato.

Lib. 21. Qui an diuersus à spumeo Papauere, quod non cognouit, sicuti &

c. 9. et 11

ti & an ipsius Cyanus sit incertum est, sed & vtrunque esse posse censeo, nam & Struthij flores his non absimiles coronarij etiam sunt: sicut & huius flores, quorum venustate, & coloris differentia manipuli eleganter compositi conficiuntur Aestate, immixtis Rosarum, Aurantium, Caryophyllorumque floribus, vt & oculi coloris varietate, & nares odore oblectentur, atque ideo in hortis feritur. Quare ἀφροδισία μήλων, Veneris scilicet Papauer appellari potest. Chódrillis, Intybisque cum parum folijs similis esset, natura similem fecerunt: atque easdem vires huic quas Serides habent tribuere, refrigerantem nempe, atque siccantem. Mihi verò ut ex sapore perspicitur acrimonia participare videtur, atque non parum differre ab illis. Placentinum aiunt Syrupo è Cichorio Cyaneum immiscuisse Cichorij generi adscribentē, sed certè ab eo distat vt iam omnes animaduenterunt: atque ego non hanc plantam, sed aliam speciem cæruleum florem semper edentem, quam Dodonæus Chondrillam cæruleam appellat, lactescentem Placentinū vsurpasse censeo: quam alij pro Sesamoide paruo Dioscoridis depingunt, illi longè flore, seminisque colore & sapore, viribusque dissimilem. Est & altera Cyanei etiam nomine maioris planta vulgò dicta, non in agris sed montanis locis frequens, folijs maioribus, latioribusque, incanis, hirsutis, atque lanugine illa superabundanti etiam refertis, caule breuiore, crassiore lanuginoso: floribus purpureis, calyce non albo læui, sed squamis viridibus per ora flauis lacinijs diuisis; radice perenni, atque repente: semine verò non differt. Ex his igitur constat plantas ab alijs pro spumeo Papauere depictas nullam cum Struthij folijs habere similitudinem sicuti, nec suæ respondere delineationi.

Varie-
tas.





Phyteuma Dioscoridis.



PACILEM, probabilémque putarunt commentatores aliqui, Plinium sequuti, excusationem esse, quia Phyteumatis vsus ad amatoria tantum utilis perscribitur, superuacaneum esse illius historiam describere, uel uestigare. Sed ijs quidem difficilis fuit huius plantæ inuestigatio, iccirco ne uiderentur parum diligentes, occasionem nacti, in ea quiescunt. Huius quidē plantæ historia breuissima est, sed notas principes habet, quod si quis diligens, atque studiosus Lanariam herbam inuenerit, aut ex coniectura uerborum ab antiquis relictorū idea confiderauerit, facile illam, à foraminum fructus nota quibus diuidi traditur, inueniet. At ijs confusus signis plantam hanc describere studui. Huius etymon et si omnibus plantis commune uideatur, quia φυτεύονται omnes; tamen φυτεύω, non tantum plantare, sed producere, generare, & parere significare traditur. Hæc cum ad amatoria maximè apta sit, & sic ad generationem, præ alijs φύτευμα appellata est: φυτεύειν, non tantum πόας, & φυτόν, sed etiā παιδας, dicitur: unde Aristophanes,

Etymon.

Nomen. In Vespsis.

Ἐπειτα παιδας χεῖ φυτεύειν, καὶ τρέφειν.

Postea filios oportet plantare, & nutrire.

Et Diogenes, ut apud Laërtiū, liberis dans operam, se hominem plantare dicebat. Huius apud Dioscoridem hæc est delineatio. φύτευμα φύλλα ἔχει ὅμοια στρουθίῳ, μικρότερα δὲ: καρπὸν πολὺν τετραγώνον. ῥίζαν μικρὰν, λεπλῶ, ὀπίπλοαιον. Phyteuma folia habet similia Struthio, minora uerò: fructum copiosum perforatum: radicem paruum, aliqui legunt, μακρὰν, longam, tenuem, per summam terram. Plinius uerò vsus tantum descripsit, de quo postea. Huic delineationi respōdere uidetur planta à me depicta, quæ radicem habet longam tenuem parum sub terrā descendentem, obliquè se propagantem, atque supra terram emicantē; ex qua folia exeunt parum hirsuta ex viridi albicantia, forma & diuisura Iaceis uel Stæbis vulgò dictis similia, uerum prima folia latiora sunt, rotundioribus sinibus erosa, minora uerò. Postea caules edit cubi-

Descriptio.

tales, & bicubitales etiam, quibus per intervalla geniculis fo-
 lia hærent ex opposito bina, tenuiora, magisque pinnata, ex qui-
 bus alæ exeunt, in quorum, & caulis summo longis petiolis in-
 cumbentia extant capitula florum purpureorum, ad cæruleū
 vergentium, similia Trifolio Bituminoso, vel magis plātæ Pyc-
 nocomon à me dictæ, quæ hîc toto anno propter cæli amœnita-
 tem ubique viarum per margines florida visuntur, oculosque
 recreant, sed Aestate magis: quibus decisis succedunt fructus
 plurimi circum compositi caput efformantes oblongū, ideòq.
 Dioscorides dixit *καρπὸν πολυὸν*, *fructum copiosum*: fructus hi dili-
 genti naturæ industria sunt formati, singuli enim in imo quo
 cohærent, sunt acutiores, in medio illorum crassiores, è medio
 verò ad summum latiores fiunt, atque cartilagine quadam te-
 nui lineis signata constructi: quos si inuertes pilei formam, vel
 nolę representare videbis: latior enim pars, & cartilaginea, lim-
 bum; reliquum pyramidalem formam, quæ pars tota circum-
 fracta est per longum, in arcus, & pontes peruios, perquam ele-
 ganti structura: atque si illos expressè peruios videre volueris,
 fructum aspice plantæ maioris Hispanicæ ab Herbarijs dictæ
 congeneris, qui cùm sit maior, maiora habet foramina, ita vt
 acus permeet per singulos arcus: semen hoc plantæ Hispanicæ
 hirsutum in imo est, hoc differens à nostrate. Hanc si coniectu-
 ræ indulgendum est, magis suæ respondere delineationi censeo:
 nec nisi Lanaria herba certior sit, atque diuersis folijs, de hac
 disceptandum est amplius. Vires non alias, quàm ad amato-
 ria vtilem radicem esse, Dioscorides descripsit. Plinius, hac ra-
 tione dixit; *Phyteuma, qualis sit, describere superuacuum arbitror,*
cùm sit vsus eius tantum ad amatoria. Sed certè ad aliud vtilem esse
 posse censeo, nam non quia vsus erat ad amatoria tantum, vires
 alias quibus non utebantur, vel minimè cognitatas habebant, ha-
 bere non poterit. Quare non mirum si recentiores alias huic
 vires, & non ad amatoria, quorum vsus exoleuit, cognouère
 sub Scabiosæ nomine, quia ad Scabiam sanandam, atque siccan-
 dam vtilem illitam putant: an autem hoc vi calidi, vel frigidi,
 siccantis eueniat, ignorare eos penitus mihi videtur: nam Pe-
 na & Lobellius viri docti, nunc similem faciunt viribus plantæ
 Succisæ, vel Diaboli morsus ab ipsis appellatæ, à me vero Pyc-
 nocomon, acribus, atque cordi inimicis, nunc verò Cyaneis,
 Chon-

Chondrillis, & Intybis, refrigerantibus, siccantibusque, ac cordi amicis. Sed vires hæ recentiorum plantis attributæ, vt contra venena, & pestiferos morbos, Theriaca admixta sint vtiles; vel refrigerantes, atque constringentes sint, Plantagine, Equifeto, & similibus immixtis, minimè animo meo satisfaciunt, nã qualibet plãta nisi viribus sit omnino contrarijs, admixtis vtilibus, efficere idem dici potest. In hac planta etsi aliquid amaritudinis insit, non tamen acrem esse percipitur, quare non mirum si viribus siccantibus, & adstringentibus esse aliqui dixerunt, qui Stœben Dioscoridis esse putarunt: atque Plantarum Auctor historiæ ait, *decoctum Scabiosæ mirum in modum esse efficax contra scabiem haustum, sicuti & succus illitus scabiosis corporibus.* Sed scabiosis etsi extrinsecus calida, & sicca, vtilia sint, non calefacientes, & acres syrupos, sed refrigerantes, atque siccantes exhiberi scio: quod peritioribus atque huius facultatis studiosis viris decernendum relinquo. Dioscorides hanc ad amatoria vtilem esse scripsit, sed modum omisit, quare incognitus adhuc erit, præsertim cum potiùs magica, quàm physica facultate hoc efficere possit, sicuti in alijs, quæ appensæ collo, uel domui, uel tactæ, vel simili modo utiles ad aliquid esse prædicantur. Non est Phyteuma quæ ab alijs Matthiolo, & Pena describitur, nulla quidem illarum fructus habet copiosos, sed paucos contra Dioscoridis sententiam, qui καρπὸν πρῶτον habere ait, nec folia habeat Struthij herbæ, quæ folijs pinnatis, & ex genere ἀκανθοφύλων, atque Sonchi capite esse censetur auctore Theophrasto, de qua supra diximus.

Obserua.
cap. de
Cyaneo.

Li. 6. c. 3
Li. 7. c. 9

Erinus Nicandri & Dioscoridis.



R I N O N plantam hanc appellarunt Antiqui, quia lacteum succum habet, atque emit tit Caprifici modo, quæ ἐρινεὸς à Græcis dicitur. Quapropter Plinius post Caprifici descriptionem, ita hanc subscripsit. *Herba quoque quam Græci Erineon vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem.* Et quia Ocimi folia antequam caulem edat habet, ut in Ocimoide obseruatur, Ocimi-

Nomen,
& Ety-
mon.

Lib. 23.
c. 7.



moides, & quia aquatica loca diligit, ὑδρῖνον, dicta fuit. Dio-
 scorides his notis depinxit Ἐρινος φύεται παρά ποταμοῖς καὶ κρήναις.
 φύλλα ἔχει ὀκίμη ὅμοια. μικρότερα δὲ καὶ ἐπεχισμῆα ἐκ τῶν ἀνωθεν μερῶν.
 κλωνία δὲ ἐστὶ σπιθαμιαῖα. ἀνθὴ λευκά. καρπὸν δὲ μέλανα, μικρὸν, συφόν.
 ὅπου δὲ μεσὸς ὄσιν ὁ καυλὸς καὶ τὰ πέταλα. *Erinus nascitur apud fluuios,
 & fontes: folia habet Ocimo similia, minora verò, & incisa in extremis
 partibus: ramulos quinque aut sex pedis altitudine: flores albos, fructum
 nigrum, paruum, & acerbum. Caulis & folia succo referta sunt.* Pli-
 nius ita transcripsit, *Palmum alta est, cauliculis quinis ferè, Ocimi
 similitudine, flos candidus, semen nigrum, paruum.* His respondere vi-
 detur planta à me depicta, quæ non nisi locis aquosis, fontium,
 fluuiorum ripis, ac Vallibus, in Montium radicibus vbique hîc
 frequentissima: radice constat carnosâ non magna, paruum
 Rhabhanum æquantem ad summum, candida, gustu suauis ex
 dulci acerbâ, acetarijs expetita; lactescente; in medio, vel imo
 parum extuberante, à qua folia exeunt primo Vere Ocimi fo-
 lijs similia, minora verò, medijs Ocimi folijs æqualia, per am-
 bitum serrata, supernè hirsuta parum, atque viridia, infernè
 verò læuia, atque polita, albidiorâque: caules postea ab radice
 emittit plures, secundum loci annique temperiem, pedales, vel
 maiores, angulosos, hirsutos: quos folia absque petiolis alter-
 natim circundant, longiora admodum, angustiorâque minúsque
 serrata, ita vt qui viderit plantam sine caule, atque postea cau-
 le præditam, diuersam absque dubio esse censeat, nisi domi cul-
 tam obseruauerit: folia quidem, quæ, antequam caules ederet,
 habebat terram tangentia, marcida euanescent, nec in illa am-
 plius inueniuntur. Ex foliorum alis ramuli exeunt, in quibus
 sicut in caulibus flores Maio exeunt petiolis paruis hærentes
 caui, quinque diuisuris in extremo dissecti, colore albicantes,
 & etiam purpurascens, intus thyrsus habentes qui in tres
 curuas partes diuiditur: quibus siccatis florum basis extube-
 rat, quæ hirsuta est, & in quinque viridia foliola definit, semen
 perficiens Iunio & Iulio fuscum, minutum, compressum, gustu
 acerbum, quod cum perfectum & siccatum est, per basis fora-
 mina quæ tunc peruia sunt decidit. Tota planta ex radice, ad
 florum calyces vsque lacte manat dulci disrupta. His igitur vi-
 detur, natali loco, forma foliorum, lactis copia & sapore, quæ
 notæ priuatæ sunt, suæ delineationi respondere. Huic Diosco-
 rides

Lib. 4.
 Descri-
 ptio.

Lib. 23
 c. 7.

Forma.
 Locus.

Tempus.

Vires. rides has vires tribuit. *Huius semen drachmarum duarum pondere, ad mellis Cyathos quatuor admixtum, ad oculorum fluxiones sistendas illinitur. At succus aurium dolorem sedat, cum sulphure viuo, & nitro instillatus. Plinius habet, tritum cum melle Attico, oculorum epiphoris medetur: utcunque autem decerpta manat lacte multo, & dulci herba, perquam utilis aurium dolori, nitri exigui addito. Folia resistunt venenis. Galenus Erinon non habet, sed Echinon herbam describit, ita ut Erinon referre videatur. Aegineta uerò habet Erinon, & Echinon ex Galeno transcriptam, ita ut diuersa ab Erino esse censeat. Erinos, inquit, aquatica herba est, cuius seminis drachmæ duæ, cum mellis drachmis quatuor illitæ, oculorum fluxiones sistunt. succus ad aurium dolorem facit. Nec, ut Dioscorides etiam, aliquid de vi propellendi venena tradit, quam Plinius addit, cum ait, Folia resistunt venenis. Sed Nicander hanc vim in radice esse tradidit in Theriacis suis, his versibus.*

* aliàs
κλώθον-
τος incū-
mbentis.

Ἡ ἐσὺ γ' ἠρύγγυις καὶ ἀλθήεντος ἀκάνθου
 Ρίζαν λειήνεο, φέροις δ' ἰσοῤῥεπὲς ἄχθος
 Ἀμφὸν καὶ * χλοάοντος ἐν ἀρπέζουσιν ἐρίνου.
*Sive tu Eryngij, & salubris Acanthi
 Radicem tere, ferres verò æquum pondus
 Amborum, & virentis in montis pede Erini.*

Scholiastes Nicandri Græcus hæc etiã de Erino refert. *Diocles in Rhizotomico ait esse similem Ocimo: prodest aduersus venenosas bestias: nascitur prope fluuios, & fontes, & loca aprica, & montium radices. Ex quibus Nicandri & Dioclis uerbis radicem resistere venenis patet, atque hanc à me descriptam plantam radicem habere, quæ seruari apta sit Dioclis sententia, quod in alijs Erinis ab alijs putatis minimè perspicitur. Non est Erinus, quæ à Matthiolo depingitur mutila planta sine floribus, quam nemo nisi ab eodem depictam vidit, præter ipsum qui se manus lacte infecisse ea extirpata asserit. Sed certè folia ab ipso depicta Dioscoridis Erinum non referunt, verba quidem illius non percepit, nam folia incisa in superiore parte, foliorum scilicet intelligitur, non caulis ut perperam fictè depinxit: Dioscoridis uerba hæc sunt, καὶ ἐπεχισμένα ἐκ τῶν ἀνωθεν μερῶν. ut etiam in capite de Argemóne obseruatur. Quare nec plantam illam Erinum, nec vera asserere eo loco censeo: nō enim plures sunt apud fluuios & fontes, montiumque radices orientes, quæ nobis aliisque vesti-*

vestigatoribus incognita sint. Nec est Erinus quæ à Pena & Lobellio refertur, nam nec iidem asseuerant. Nec quam postremò Dalechampius proponit, folijs minimè incisis, nec crenatis iuxta caulium fastigia ἐκ τῶν ἀνωθεν μερῶν ἐπεχισμένα, inquit Dioscorides, in longum & angustum veluti fissis penè instar Pinastri: ita idem vertit, an autem rectè interpretatus sit, & vera sit ab ipso depicta planta quilibet et ex supradictis iudicabit.

Hist li. 9
c. 171.

Hippophæstum vel Hippophæës Dioscoridis.



VARIA non solùm est huius plantæ nomenclatio, sed eiusdem scriptura: in aliquibus enim legitur ἵπποφαῖσον, ἵπποφύες, ἵπποφαῖς, & ὑπόφαῖσον, Hippophæstum, & Hippophæës, in alijs Hippope, Hippopæstum, & Hypophæstum, & Hippophyes. Ἰπποφαῖσον dici potest ἀπὸ τοῦ ἵππο, & φαῖσος, ἀπὸ τοῦ φαίνομαι, Hippophæstũ, scilicet, valdè splendidum, ἵππο quidem, valdè significat & augmentum, vt ἵπποσέλινον, & similia, à Dioscoride vsitatam compositionem, atque ualdè splendidam spinam appellarem, quod capitulis plantæ huius conuenire uidetur, læues quidem atque splendide in orbem circa capitula dispositæ sunt spinæ, vnde uulgò *Stellaria* uocitatur; atque *Calcitrapa* etiam, quia cùm spinis sit pungentibus, atque duris, hominibus cæterisque animantibus ipsam pedibus terentibus infesta est. Quamobrè Plinij in textu in quo corruptè legitur Hippope scriptum fuisse censeo eo loco, pro Hippope Hippopæston; quod nomen ex ἵππο, & πάω, quod est ferio, conflatum uidetur, unde ualdè, feriens spina dici posset: quidam scribunt Hypopæstum, nam Hypophæstum, in Pauli Aeginetæ codice legitur, & etiam in Plinio, & aduerbio illo ὑπὸ, sub ferientem spinam dicere oporteret, uel sublucidã. Quare *Stellariæ* nomen, à læuitate spinarum, & forma, *Calcitrapæ* uerò ab effectu, vulgo remansit plantæ huic, atque antiquo nomini ἵπποπαῖσον, uel ὑπόπαῖσον, & ἵπποφαῖσον, uel ὑπίφαῖσον satis cõguens. Plinius ne harum plantarum Hippophyeos & Hippo-

Nomen.
Etymon.

Lib. 22
c. 12.

Lib. 22.
c. 12.

- Hippophyes tantum nomen respondere uidetur, nam ἵπποφύες, equis genitum, significare uidetur: atque non ἵππο sed ἵππος interpretatur: Hippope uerò, quam alio loco idem Plinius Hypophæstum appellat, minimè respondet, cum ὑπό non ἵππο, habeat. Huius notæ hæ sunt apud Dioscoridem. Ἰππόφαισον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο Ἰπποφαῖς καλοῦσι. φύεται ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις, ἐν οἷς καὶ τὸ Ἰπποφαῖς, καὶ αὐτὸ γναφικῆς ἀκάνθης εἶδος ὑπαρχόν. ἐστὶ δὲ χαμαιπετὴς, ἔχον μόνον φυλλάρια μικρὰ ἀκάνθαδῃ, καὶ κεφάλια χαῦνα. οὔτε δὲ καυλὸν οὔτε ἄνθος φέρει. ῥίζαν δὲ παχεῖαν καὶ μαλαχίῳ. Hippophæston, quidam & hoc Hippophaës appellant. Nascitur in iisdem locis quibus & Hippophaës. & ipsum fullonica spinæ species existens. Est autem humile, solum habens folia parua spinosa, capitulaque inania. Nec caulem, neque florem producit. Radicem habet crassam, & mollem. Plinius habet, Est & altera Hippope, sine caule sine flore, folijs tantum minutis. & alibi de herbis quæ alijs innascuntur plantis loquens, ait, Quod uerò in spina fullonia hypophæston, calyculis inanibus, folijs paruis, radice alba, &c. & alibi, Hypophæstum nascitur in spinis, ex quibus fiunt æneæ, (quidam legunt, pilæ,) fulloniæ, sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus, & folijs paruis multis herbacei coloris, radículas habens albas, molles, &c. Ex his postremis descriptionibus uidetur Plinius dicere, quòd Hypophæstum sit alia res spinæ fulloniæ innascens, quod in Dioscoride & alijs non inuenitur, quare censeo ipsum hallucinatum his locis, & putasse aliquid huic plantæ innasci sicut in Thymo, quod Epithymon uocatur, cuius altera species, Hippopheon dici asserit idem Plinius, ibi, Item Epithymum qui est flos è Thymo, Satureiæ simili. Differentia, quòd hic herbaceus est, alterius thymi albus: quidam Hippopheon uocant. De hoc Hypophæsto nihil habet Theophrastus, etsi alterum describere uideatur de παρακανθαφύλλοις loquens ibi οὐχ ὡς περ φλεῶς καὶ ἵπποφείως ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις, in qua descriptione Marcellus Virgilius, & qui Emblemata scripsit, atque Dalechampius postremò errore decepti, uerba sequentia, quæ huic plantæ conuenire uidebãtur coniungere: nec animaduertent, descriptionem illam Capparis delineationem atque naturam exprimere. Sed ad plantam redeo atque quam depinxi ex omnibus adhuc cognitis etiam exoticis, si quæ alia, respondere uidetur Dioscoridis delineationi. In arenosis propè litora atque tenuibus solis, frequentissima hîc est, Autumni fine exit ex radice digitum vel magis crassa, molli, succosa neruum habete ut aliæ radices, duriusculum, colore albe-
- Lib. 4. Descrip-
tio.**
- Lib. 22
c. 12.**
- Lib. 16.
c. vlt.**
- Lib. 27
c. 10.**
- Lib. 26
c. 8.**
- Li. 6. c. 5**
- Locus.**
- Forma.**



albescente longa pedem Rhapsano simili, ex qua folia in orbē humi strata emergunt, colore viridia, hirsuta parum mollia respectu aliarum spinosarum, parua admodum & laciniata profundè; per extremos sinus ueluti Sonchus aculeos habentia quibus ἀκανθάδην esse dici possunt, sed in Plinio nihil de spinis in folijs habetur, atque in Dioscoridis textu inter uerba μικρά, & ἀκανθάδην, comma est signatū, quare Marcellus Virgilius, folia tantum parua, capitulāque spinosa habens, interpretatus est. Sed cū sit γνάφικη spina, cuius usus in uellicandis uestibus sit, quod uerbi γνάφω est proprium, unde γνάφοι dicuntur instrumenta quo lanæ carminantur: ut Suidas habet ὁ γνάφον ἐν κύκλω κείτρεα ἔχον &c. Interpres uerò Aristoph. in Pluto, γνάφος vel γνάφος ἀκανθάδες τι, ὃ ξύουσι τα ἱμάτια: capitula etiam ἀκανθάδην esse uidentur, quæ hunc usum faciliè præbere possunt, cū sint in gyrum aculeata, atque uestibus hærentia: unde Echinion, Lappaginem, uel minorem Lappulam aliqui appellarunt, quæ etsi Hippophai sint supra scripta, huic tamen conueniunt; nam Hippophæes acinos habet molles, nec aculeatos, & cōfusæ sunt in principio capitis huius nomenclaturæ in qua duæ plantæ describuntur. In medio uerò foliorum umbilico Nouembri mense inueniuntur in omnibus unicum, uel plura ueluti capitula, sine caule, sed inter folia hærentia, colore ex luteo albescentia, quæ nihil aliud sunt nisi spinæ, foliolorum modo exorientes, ac ueluti folia nostratis Aloës composita conspiciuntur, alternatim aliæ inter alias exeuntes: nihil intus continentia, quare ideo χαῖνα, appellata sunt, & planta χαμαιπετές, quam Plinius sine caule, sine flore, capitibus tantum inanibus esse ait. Nec est mirandum plantam hanc ita ab Antiquis mutilam descriptam fuisse, sine caule, humilē & sine flore, capitulis inanibus: nam hoc etsi ijs uitio uerti possit, cū plantas multas serò caulem, uel florem edentes, ac etiā præcoces sine caule atque flore descripserint: tamen non ab re uidetur factum; sæpius enim, cū longo tempore caule & flore uiduæ sint, sine illis inueniuntur; quare nota illis magis præcipua, atque congruenti, descriptæ uideri possunt. Ex eo tempore ita humilis, capitulōque inani, ad Aestatis initium usque durat: atque exindè caulem incipit edere cubitalem hirsutum, sed siccatu læuis efficitur: multis alis diuisus, singulisque alarum sinibus folia hærent tenuiora, inter quæ ca-

pitula

Tempus.

pitula exeunt spinis diuisa uti priora, ex viridi, in purpureum luteum albicantemque colorem desinentia, postea in uentrem siue corpus extuberantia, quæ Aestate flores promunt purpurascentes Cyanoïdes sed mitutis *πετάλοις* refertos: quibus exactis femina perficiuntur pappo inuoluta Cnici modo, sed minora admodum compressa, colore cinereo: gustu amaro. Radicis sapor & odor ingratus, acris. Huic plantæ Dioscorides has vires tribuit. *Ex huius folijs, radice, & capite, expressum succū* siccato, & pondus trium obolorum, cum aqua malsa cui velis exhibeto. Per hunc enim purgatio, aquam & pituitam ducit. Priuatim verò conuenit. Orthopnoeam, comitalem morbum, & neruorum affectionem patientibus hæc purgatio.* Plinius, *Succus earū exprimitur Aestate ad soluendam aluum, tribus obolis, maximè in comitialibus morbis, & tremulis hydropicis. Contra vertigines, Orthopnoeas, paralyseis incipientes.* Huius sicut superioris non meminit Galenus: Paulus Aegineta quæ à Dioscoride describuntur, ad uerbum ferè transcripsit, nec amplius aliquid refert. Recentiores uerò etsi plantæ huius succi collectione ut à Dioscoride traditur non utantur, cum non sit in usu: ad aluum soluendam, decocto tamen radicis, atque semine contuso plebei utuntur ait Pena ad calculum exterendum, urinæque sciendas. cui tanta uis, ut etiam anastomosi facta uenarū emulgentium, aut ureterum, cruentum lotium proliciat. Non est Hippophæstum quod Plantarum Auctor depingit, nam & ipsemet illud affirmare noluit, cum ab historia sua satis discrepet. Hanc Dalechampi pro Theophrasti Myacantha affert ratione motus, quia spinas iuxta folia habet, atque ideo sit ex *παρακαυθοφύλων* genere, inter quæ Myacantha à Theophrasto numeratur, absque aliqua plantæ nota alia; sed Myacantha auctoribus Dioscoride, Plinio, & alijs ex genere Asparagorum est, quare si coniecturæ indulgendum est, potius Asparagi speciē Corrudam tertiam à Carolo Clusio depictam pro Myacantha afferrem, quæ, *cubitales, inquit, habet virgas, ramosas, candidas lignosas & priori similes, firmis, candicantibus & deorsum spectantibus spinis alternatim, & secundum virgarum, ramorumque inæqualium inflexionem borridas: ad quas quina aut sena folia simul & ex eodem capite prodeunt, prioris speciei folijs longiora, mollioraque, quæ commanducata subdulcia, & aliquantulum gummosa deprehenduntur: flos inter folia ex alarum sinu longo tenuique pediculo dependet ex viridi pallescens: deinde fructus*

Vires.
χυλίσας,
ξήραινε
 non *ὀπι-*
ζομένην
 ut in
 Hippo-
 phaë.
 Lib. 27
 c. 10.

Li. 6. c. 4
 Lib. 2
 hist. vario-
 rum stir-
 पेण. cap.
 83

propè

propè modum rotundus, qui tricoccus videtur (tametsi unicum granum in se contineat, raro bina, foris nigrum, intus candidum firmum, vti in superioribus,) initio virens, per maturitatem rubescens, & carnosus, siue succū & pulpam continens lentam & viscidam: radice firmatur multiplici, veluti alij syluestres Asparagi, longa, crassa, intus alba, foris flavescente. Fert aliquot thyrsos, qui aliorum Asparagorum modo manduntur crudi & cocti cum oleo, aceto, & sale. Nusquam abundantius, quàm supra Olysiponem salubrosus locis iuxta vias non procul à Tago obseruavi: nascitur tamen & alijs Lusitaniæ locis, & tota ferè Bætica. Octobri fructu maturo inueni, & raros etiam hinc inde sparsos flores.

Apocynum Dioscoridis.



Nomen,

Descri-
ptio.

Lib. 24.
c. 11.

PLANTARVM pleræque nomen ab inuentore acceperunt, eoque deinceps nomine appellata fuerunt: alia à loco in quo nascuntur, plurimæ uerò à ui uel effectu, inter quæ est hæc connumeranda: quæ quia canes interimit, nomen à canibus habet, ἀπό τοῦ κυνός, ἀπό κυνον dicta: cui vi respondent etiam nomina alia, κύναγχον, κυνόμορον, κυνοκτόνον, & κυνοκράμβη. addiderunt etiã à ui necandi Pantheras, παρδαλιαγχῆς. Hanc uerò, ut ab hominibus caueatur, quia uenenosa sit, atque ne pro Asclepiade, à similitudine decepti accipiant, Dioscorides ut alia quædam uenenosa diligenter descripsit: atque notã illi priuatam ab Asclepiade alienam adscripsit, luteum scilicet succum, quo turgere asserit: eius uerba sunt hæc. Ἀπόκυνον, οἱ δὲ κύναγχον, οἱ δὲ παρδαλιαγχῆς, οἱ δὲ κυνόμορον, οἱ δὲ κυνοκράμβη καλοῦσι, ἔρνος ἐστὶν ῥάβδους ἔχων μακράς. λυγρῶδεις, δυσραΐσους, φύλλα κισσῶ ὅμοια, μαλακώτερα δὲ καὶ ὀξύτερα κατ' ἄκρον, βαρύσσημα, ὑπόγλιχρα, ὅπου μετὰ μηλίνου. καρπὸς δὲ ὡσεὶ λοβὸς κυάμων περὶ δακτύλου τὸ μήκος, θυλακώδης, ἐφ' ᾧ ἄσπερμάτια σκληρὰ, μικρὰ, μέλανα. Apocynum siue Cynocrambe frutex est virgas habens longas, flexibiles, in aliquibus legitur, δυσώδεις, scilicet graueolentes, frangenti contumaces: folia Hederæ similia, molliora uerò & acutiora in summo, graueolentia, subuiscosa, succo referta melino. Fructum ut siliquam Fabarum digiti ferè longitudine, folliculi specie, in quibus semina, (Marcelli textus habet λευκά, alba scilicet,) dura parua, & nigra. Pli-

nus



nius uerò habet, *Frutex est folio Hederae, molliore tamen, & minus longis viticulis, semine acuto, diuiso, lanuginoso, graui odore.* Nec aliquid de succo luteo refert, non mirum quidem est, nam alijs rebus grauioribus incumbere oportebat. Sic & Dalechampius atque Lobellius nullo facultatis facto periculo, quia planta hæc similis erat Asclepiadi, nisi quòd succum luteum, & flores haberet fuscas, Asclepiadem esse scripserunt. Cur potius cum similis sit etiam facie Apocynis alijs, & forsan eadem cum Apocyno non repente, floribus tantum colore diuersis habeatque luteum succum, non Apocynum est denominanda? Infelix quidem est hominum natura, alienis erroribus supposita, quibus vitam cum morte commutari accidit. Huius quidem forma hæc est. Radice nititur fibrosa Asclepiadi non dissimili, viticulis flexilibus, læuibus, longis, quælibet fulcra, aut alia ipsi propinqua scandit non minus quam alterum Apocynum, quatuor cubita uel magis longitudine æquans extenditur, folia habet hederacea, mollia, uiridia, læuia Asclepiadi similia nonnihil in summo acuminata: flores Apocyno repenti uulgari similes, sed colore pullo, parum in purpureum uergente, quamobrem nigrum florem habere dicitur. Siliquas, & semina papposa uti aliud uulgare apocynum compressa & nigra Augusto mense perficit. Succo turget luteo, ingrato uti tota planta. Hanc nasci in collibus Monspelliensis agri Frontignanæ uicinis, tradit Lobellius, sub nigræ Asclepiadis nomine, quod an rectè impositum sit iam demonstrauimus. Hanc uires Dioscorides has habere tradit. Huius folia cum adipe subacta, in panes efformata, & obiecta, occidunt canes, lupos, vulpes, pantheras. Statim enim coxendices ipsorum resoluunt. In Plinio uerò legitur. Sic & pleureticos, & omnes lateris dolores, Apocyni semen ex aqua. Frutex &c. Canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum. Ex his uidetur, homini salutare, quadrupedibus uenenum esse, Galenus uerò contradicere uidetur, ait enim. Apocynum, aut Cynomambe. Vocant autem quidam eam Cynomorum, quandoquidem canes celerrimè interimunt, sicut Lycoctonum Lupos. Est autem hominibus uenenum; herba multum grauius olens: proinde omnino calida est non instrenuè, non tamen proportionè desiccata. Itaque illita admodum digerentis est facultatis. Aliqui non abs re Plinium interpretantur, ut Apocyni semen ex aqua, intelligatur impositum, non intrò sumptum nam

Forma.

Locus.

Vires.


Lib. 6. de
simpl.
med. fac.

nam digerendi cùm habeat facultatem, poterit lateris dolores sanare, & si omnes dicat: sed certè intrò sumptum Plinius intelligere uidetur, cùm ad superiorum similitudinem dicat, Sic &, &c. Hoc tamen periculatoribus est relinquendum. Obseruandum denique est, quod Emblematum scriptor, & Auctor Plantarum illū sequutus tradiderunt non quidem meo iudicio rectè: legunt enim textum Dioscoridis hoc modo. *Huius folia cum farina in panes coacta*. Græcè uerò ταύτης τὰ φύλλα σμῖνείατι ἀρτοποιηθέντα. Plantarum uerò Auctor corrigit etiam sequutus latinam interpretationem superiorem, & pro σμῖνείατι, σμῖνείατι legendum statuit: quibus respondendum est, textuum peruersores & malos interpretes esse. Textum uerò Dioscoridis semper & multos quos habeo uarijs locis editos, habere σμῖνείατι, adipe scilicet, σέαρ, σέατος, Adeps interpretatur: non autem σμῖνείατι, ab σμῖνείατι, quod farinam significat, aqua subactā. Item canes folia Apocyni graueolentia farina mixta nō tam facilè nisi fame pereant, edere uelle est censendum; Adipe uerò allecti facilè etsi cibum non appetant, folia ipso commixta decepti à pinguedine comedent: non enim nec farina, nec adeps interimūt, quæ aliàs alunt canes, sed folia Apocyni: quæ ut canis auidè ac multa deuoret, aliqua re cani grata, & sic adipe commiscenda, & in globulos placentasque panis modo conformanda sunt. Hæc recta mea sententia videntur.

Phu Dioscoridis.



NON potuit Dioscorides, prioribus notis omnibus, atque priuatim, à radice ad flores usque, plantam Phu describere: atq. si in omnibus [Deo optimo maximo placuisset] aliarum plantarum descriptionibus ita accuratè illarum historiã tradidisset; profectò nec planta foret ulla, quæ nobis nota non fuisset. Huius descriptionem tam claram, atque plantam hanc celebrem, cuius radix in Theriacæ compositione non minima dosi commisceri debet, nescio quomodo tantorum uirorum adhuc nemo animaduertit: immo quod peius, omnes unica uoce



Valerianã maiorem dictam ab iisdẽ, pro Dioscoridis Phu vsurpant, non solum putantes cõgruere descriptioni Dioscoridis, atque genuinam esse, sed illius textum in aliquibus postremò iuxta Valerianæ dictæ formam emendare volunt, impendiò morosiores, qui illam negant esse Dioscoridis Phu, iudicantes: atque minorem Valerianam sic dictam, siue syluestrem refellentes; quam, etsi folijs Dioscoridis Phu quadret, dicunt, non tamen radice, & reliquis, non sine graui errore. Hoc autem imputandum negligentix collationis textus Dioscoridis, cū planta ab ipsis proposita: vel dicendum, uerba Dioscoridis, nedum sensum hoc loco eos non intellexisse, ut ex sequentibus apparebit. Ait enim Dioscorides, Φοῦ, οἱ δὲ, καὶ τοῦτο ἄγριαν νάρδον καλοῦσι, γεννᾶται μὲν ἐν πόντῳ, φύλλα δὲ ἐλαφοβόσκῳ ἢ ἵπποσελίῳ παραπλήσια ἔχει, καυλὸν πηχυαῖον, ἢ μείζω, λεῖον, τρυφερόν, ἐμπόρφυρον, μεσόκοilon, διηλημμένον γόνασιν, ἄνθη πρὸς τὰ τοῦ ναρκίστου, μικρότερα δὲ, καὶ τρυφερώτερα, καὶ ἐν τῷ ὑποκόκῳ διαπόρφυρα. ῥίζα δὲ ἢ μὲν ἀνωτέρω, περὶ δακτύλου μικροῦ τὸ πάχος, πλάγια δὲ ὑπερῖζια ἔχει καθάπερ χεῖνος ἢ μέλας ἐλλέβορος, ἀλλήλοισι δὲ πεπλεγμένα, ὑπόξανθα, ἐνώδη, καρδίζοντα τῇ ὁσμῇ, μετὰ τινος βάρους βρομάδους. Phu, quod & ipsum aliqui syluestrem Nardum appellant. nascitur in Ponto. Folia quidem habet Elaphobosco, aut Hipposelino similia; caulem cubitalem, aut maiorem, læuem, tenerum, purpurascen- tem, cauum, geniculis distinctum; flores ad Narcissi flores accedentes, minores tamen, & teneriores, ex albicante purpureos. Radix verò superius crassitie est circa paruum digitum, habet quidem obliquas fibras, velut Iuncus, aut niger Elleborus, ad inuicem complicatas, subflauas, bene olentes, Nardum cum odoris grauitate quadam referentes. Cui descriptioni quantum respondeat planta Valeriana minor, siue syluestris dicta, à me proposita ab omnibus reiecta, quantumque ab eisdem recepta absit, ex sequentibus patebit. Habet quidem hæc folia, ut etiam Dioscoridis delineationi respondeat historia, Hipposelino, sed positu Elaphobosco similia, plura tamẽ utrinque pinnatim, ex opposito longo petiolo hærentia, ut in Sio aquatico, per ambitum magis laciniosa, sed aliquando paucis, uel nullis incisuris diuisa, humi inclinata: caulem cubitalem, aut etiam maiorem, qui annis, & cultu ad hominis proceritatẽ assurgit, rotundum, sed aliquando in imo tantum hirsutum, postea totum læuem, striatum, cauum, tenerum, purpurascẽtem, vt etiam foliorum petioli circa radices: geniculis distinctum,

Lib. 1.
Nomen.
Descri-
ptio.

Forma.

in quibus singulis bini foliorum ordines, ex aduerso, & etiam aliquando terni, ut in folijs *Lyfimachia* luteæ uisitur, illū cingunt: in summo uerò flores plurimos habet, uelut umbellatim confertos, ut *Nardum montanum* radice bulbosa, & *Valeriana maior* dicta, paruos admodum, oblongos, cauos, in quinque foliola desinentes, atque exeuntes ex singulis uasculis oualibus, forma ampullæ olearię fictilis compressæ: quibus, floribus deciduis, labia intumescunt, quæ denique in lanuginem soluantur, in gyrum apertam; & uascula illa, quæ eadem semina sunt, siccata decidunt, atque lanugine illa ex labijs procedente, ut alia papposa semina euolant. Florum color ex albo purpurascit: forma uerò *Narcissi* flores imitari uidentur: nam & *Narcissi* flores habent in ipsorum imo illud extuberans, ubi continetur semen, & deinde tenuiores in quinque aut sex foliola desinunt: nec amplius in florum *Narcissi* collatione est aliud requirendum, nam *Dioscorides*, non positum florum, sed illorum formã similem *Narcissi* floribus esse tradidit: teneriores sunt, & minores admodum, atque hoc loco omnes consentiunt, & ueritas est, ut corrigi debeat textus *Dioscoridis* corruptus, & pro, *μείζω, μικρότερα*, legendum sit. Radicē habet in superiore sui parte, ex qua scilicet caulis erumpit, crassam instar digiti parui, quam plures carnosæ fibræ, idem principium habentes, ut *Iuncus*, & *niger Elleborus*, quibus *Dioscorides* comparat (*Ellebori* quidem utriusque radices, ut idem *Dioscorides* descripsit, à quodam paruo capitulo *Cepæ* simili pendentes conspiciuntur, atque radices esse non fibras dixit, ibi *ρίζα, &c. οἶονεὶ ἀπὸ τινος κεφαλίου κρομμυάδου ἢ ρτημυδίας*;) aliæ, super alijs ordine dispositæ ternæ, quaternæ uē, obliquè nitentes, circundant: sed quæ alijs incumbentes uisuntur, in quinque, pluresue partes radicis orbem diuidunt, ut stellam penè diuisura repræsentent. Parum sub terra & lateraliter semper nitentes inueniuntur, atque obliquè repentes se quotannis propagant; & radix nouella, uetustiori complicatur, ut etiam in *Elleboro* obseruatur: quare si uerba illa Græcè, *ρίζα δὲ ἢ μὲν αἰνωτέρω, περὶ δακτύλου μικροῦ τὸ πάχος: πλάγια δὲ ὀπίρριζια ἔχει καθάπερ ὄχινος, ἢ μέλας ἐλλέβορος, ἀλλήλοις ὀππεπλεγμένα, &c.* cōsiderentur, nihil aliud, nullámque alterius plantæ radicem describere uidebuntur. Colore subpallidas, ficas uerò magis flauas, odoratas, *Nardum*, sed *hircina* quadã

grauitate admixta, referentes, unde Phu nomen est adepta: nã quisque odoris graueolentiam abhorrens statim *Phu*, sonitum naturã exprimit. Nec potest intelligi, ut radicis pars superior aliquo pacto sit obliqua Rusci modo, cuius radice Phu adulterari habetur in Dioscoride; nam respondetur, si Rusco fuisset similis in totum, non Iunco, & Elleboro similem Dioscorides fecisset, quibus ex uno principio ueluti capite, fibræ obliquæ producuntur, sed Rusci modo obliquam, & geniculatam, (dum uetustior est, Rusci radix) dixisset: item nõ superior radicis pars in Phu est obliqua, sed tantum fibræ obliquæ per terram feruntur, atque tota radix similior est Iunci, & Ellebori radici, ut iã dixi, & facilius adulterari potest radix Phu, Rusci nouella radice, cum forma minus à radice Phu distet, differt quidem quia fibræ Rusci difficillimè possunt frangi, & minus in puluerem reduci, quod contrã est in Phu radice, quæ facillimè & frangitur, atque tunditur. Quantum verò Rusci radix (uetustissima esse oportet, ut Valerianæ maioris dictæ radicem æmulari possit) colore, nam albo, non flauo est, geniculis, atque multitudine oculorum, quibus non in rectum producitur, ut dicta Valeriana, sed spicati operis obliquam lineam repræsentans, differat ab illorum Valeriana maiore, quisque, radicis plantæ utriusque conspectione, cognoscere poterit: non dico à Dioscoridis descriptione abhorret: qui cum designare uoluit radicem obliquam geniculatam, & summo cæspite nitentem, ut Acori radicem, atque Afari, & similium, radicem obliquam dixit, non fibras. *ρίζαν πλαγίαν*, non *δὲ πρὶ ρίζια πλαγία*, scripsit: quæ aliàs *ρίζας* appellauit. Quare reiicienda est illorum sententia, qui putarunt summam radicem Phu debere obliquè spargi, Plinij forsitan textu moti, qui ait, *radice obliqua, villosaque, & imitante auium pedes*. & dicunt radicis partem superiorem obliquam esse debere, quibus respondeo, uillos *δὲ πρὶ ρίζια*, non *ρίζαν*, Dioscoridis sententia obliquè spargi debere: & sic si, & pars superior radicis obliqua sit, & fibræ, nullum posse è terra alimentum trahere; cum utræque partes supra terram ferantur, nam & Valerianæ maioris dictæ pars obliqua, & superior, semper supra terram emicat, & si obruatur, statim marcescit. Neque poterunt aliquam cum auium pedibus similitudinem afferre. Quare Plinius, quia nunc breuius plantæ Phu descriptionem reliquit, ex Dioscori-

Lib. 12
c. 12.

de,

de, ex quo transcripsisse censetur, iisdem est interpretandus: ut scilicet intelligatur tota radix obliqua, quæ eadem uillis est diuisa: uillos quidem Plinius non solum hoc loco, sed in Astragali descriptione, cui uillosam dixit esse radicem, & alibi, crassas fibras intelligit. Nullam quidem habet radicem potiore, sed omnes fibræ sunt radices quas Dioscorides verbo ἐπιρίζια, rectè expressit, atque πλάγια, esse dixit, sicuti in planta à me proposita uisitur, non autem aliam radicis partem obliquam intellexit; ex quo percipitur omnes illas fibras esse radices, nec magis præcipua illarum una alteri erit, sed omnes illæ simul radicem conficere, ut in Elleboro, & alijs consimilibus, ideoque ἐπιρίζια denominauit. Hoc autem cognoscitur, nam si quamuis ex illis radiculis demas, nihil detrimenti plantæ afferes, imo si unicam relinques, non ideo planta euanescet, sed repululabit: hoc ampliùs addo, quod pluries obseruauit in hac planta, unica ex illis radiculis sata, paucis post diebus folia emergere, atque deinde se in latum propagare, atque ἐπιρίζια reponere, semper enim obliquè feruntur oculos emittentes, quotannis ita se propagantes; uiuaces quidem sunt admodum. Huius uerò plantæ nouella radix perbellè auium pedes exprime uidetur, [et si Plantarum auctor Plinium emendare uoluerit, ut quod ille latinè, *auium pedes*, expressit, sit uersio græci textus, τοὺς τῶν ὀρνίθων πόδας, corrupti; quem corrigendum iudicat, atque pro, ὀρνίθων πόδας, μελαμπόδιον, reponendum, latinè uerò *Melampodion*, quod nomen est Ellebori, Melampodij nomine appellati, quia primus Melampus pastor, illius uim purgatricem inuenerit, qua filias Præti insanientes ad pristinam restituit sanitatem, ut idem Dioscorides narrat: & sic Elleboro similis erit meam sententiam adiuuans:] nam quatuor, uel quinque fibras habere inuenies carnosas, obliquas natura, quæ expansis digitis, pedes auium repræsentant, quod si quis ueritatis studiosus uidere uoluerit, uerè cognoscet in plantæ à me propositæ radice nouella, atque etiam in uetustiore, sed in illa plures inueniet eodem ordine fibras compositas: quod in radice Valerianæ ab ipsis receptæ, nullo modo nec artificiosè extorta inueniet, nec Dioscoridis textu qualicumque uersione persuaderi poterit. Quare sublato radicis argumento, quo iam omnes hallucinati sunt, si rectè considerentur reliquæ partes

Lib. 4.
c. de Elle
bor. ni-
gro.

partes Valerianæ ab ipsis receptæ, multo minus Dioscoridis textui respondere uidebuntur: & iam radicis cum textu collatione facta, & reiecta, ad folia uenio, quæ nullam cum Olusatro, & Elaphobosco similitudinem habent, Nardum montanum ad unguem, & Eryngij folia, atque totum plantæ habitum referunt: quam si Dioscorides describere uoluisset similem folijs Nardo montano, non Elaphobosco dixisset, atque radice tantum non bulbosa differre, sed obliqua & geniculata: prima namque folia oblonga sunt Plantaginis forma non laciniata: quæ uerò cauli hærent profundis Eruçæ aut Scabiosæ uulgò dictæ lacinijs, atq. Eryngio nõ dissimilibus, sunt diuisa, ut in Nardo montano uisitur. Non. n. à principio ante caulis eruptionem quæ serò & post annum immo bienniũ edit, ex aduerso pinnatim petiolo hærent folia, ut in Elaphobosco, & Sio aquatico, quod simile folijs est Hippofelino Dioscoridis iudicio: forma uerò Hippofelino accedentia, ut in planta, à me proposita, quæ à principio in lobos diuisa sunt per ambitum serratos ut Hippofelini folia & Elaphobosci: miròrque quibus oculis, qua ueritate hæc uiderint, nobis que tradiderint: caulem neque aliquando mihi, amicis que contigit rubescentem uidere, multis plantis conspectis, illum quidem semper colore cinereo Brasicæ, & Nardo montano similem, permanentem. Quod contrà est in caule plantæ à me propositæ, qui semper, & ad flores usque ex uiridi purpurascit, flores item non ut planta à me descripta purpurascunt, sed uel dilutius, uel nihil. Quare Valerianam illam maiorem appellatam uulgò, Nardi montani speciem non bulbosam, & forsan eandem cum Hirculo, radice Celtico Nardo simili potius iudicarem: quod si quis nouellam illius plantam, quæ cum sit parua sine caule est, consideret: non dissentiet similem esse Celtico Nardo, sed minorem, neque ita amaram, neque ut Nardum Celticum uerũ odorem remittentem, sed hircinum quid, ut etiam syluestris hæc Valeriana redolentem: colore magis pallido: quæ satis respondere uidetur historiæ à Dioscoride traditæ, ait enim. *Adulteratur autem simul euulsa, aliqui legunt, imposita cum ipsa, herba simili; Lib. 1. c. quam propter odoris uirosi olentiam, Hircum appellant. Facilis tamen de Nardo est cognitio. Est enim sine caule herba, & candidior, & minus oblonga do Celti-folia habet, neque radicem amaram, aut aroma redolentem, quemadmodum co.*

uerum,

Lib. 12

c. 12.

verum, Celticum Nardum, habet. Plinius cum Gallico Nardo semper nascitur herba quæ Hirculus vocatur, à gravitate odoris, & similitudine, qua maximè adulteratur. Distat quod sine cauliculo est, & quod minoribus folijs, quòdque radices, neque amara, neque odorata. Non enim amarorem, neque odorem habere poterit tam parva planta atque imperfecta, uti maior, & perfecta planta. Quibus sic expositis planta à me proposita, Phu verum, atque genuinum Dioscoridis est posthac appellandum, atque in medicamentis utendum, altera ab alijs primùm eo nomine insignita falsò, alijs usibus reponenda, cum iam non illam, sed quam propotui Dioscoridis delineationi magis respondere contra omnium sententiam demonstraverim. Floret Maio mense, atque Julio perficitur. In montibus, collibusque non aridis, sed aliquantum umbrosis, atque etiam uliginosis & pratensibus hinc frequens. Huius plantæ radicis odor, atque sapor longè superat Valerianam maiorem sic dictam: atque ut ait Dioscorides. Vim habet calefaciendi, & ciendi vrinas, arida pota: sed & decoctum ipsius idem efficere potest. Facit etiam ad lateris dolorem, & menses ducit, & antidotis miscetur. Galenus verò, Phu, aromatica quodammodo est huius herbæ radix, Nardo viribus similis: sed tamen ad pleraque infirmior, vrinas movet plus quàm Indica, aut Syriaca Nardus, perinde ut Gallica. Recentiores verò sub nomine Valerianæ sylvestris has vires tribuunt. Ruptis, vulsis, ex alto devolutis opem fert. Decoquuntur folia ad aphtas, & oris vlcera. Antidotis item inseritur. Præter has vires plantæ huic tributas, addo & hanc proprietatē, iam diu in multis, atque memetipso expertam, ut pulveris radicis plantæ huius spontè ortæ, extirpatæ antequam caulem edat, cochlearij dimidium cum uino, aqua, lacte, aut alio quouis decenti succo, & ægroti commoditate, & ætate, semel sumptum, aut bis, Epilepsia correptos liberet. Hanc exhibendam pueris, & præsertim infantibus, hoc morbo facilè laborant, quibus lacte propinandum pulverem iussi, amicis dono dedi: qui deinde, Diuino prius numine fautore glorificato, puluere huius plantæ illis restitutam sanitatem affirmarunt. Hoc & alijs adultis nonnullis.

PISCIVM ALIQVOT PLANTARVMQVE NOVARVM HISTORIA

FABIO COLUMNA AVCTORE.




AD LECTOREM.



ASVPERIORE plantarum histo-
ria, hanc Piscium aliquot, planta-
rumque novarum historiam seiunge-
re volui, vt si fortè inter edendũ, alias
antiquorũ delineationibus respondẽ-
tes plantas addere libuerit, suis locis non confusè re-
ponere possem. Quæ verò post horum editionem
consequutus fuero, nisi Dioscoridis commentarium,
vt dixi, perfecero, in alteram editionem expecta.

Φράγκισκος ὁ Μαῦρος εἰς Ρ'ινόβατον.

Ρ'ινόβατ' οὐκ ἐλάχισον ὀφείλεις μητέρι τῆ' σφ',
Ὅτι σε θαλπωρῆ γείνατο καὶ χάριτι.
Ἄλλὰ σοφῶ πλάσων Φαβίω, ὅς πολλὰ μογίσσας
Εἰς τόδε σ' ἄγνωστον πᾶσιν ἔδειξε βροτοῖς.
Ἄϊεὶ καὶ Φοῖβος τοῦτω καὶ δεξιὸς εἴη
Ζεὺς, ὄφελος δάσει γὰρ μέγα θυμοσόφοις.
Ἐξ ὄνυχος δυνάται γιγνώσκειν ὦδε λέοντα
Παιδευτός, κεφαλὴ χαῖρε σὺ Σαυμασίω.



De Rhinobato, siue Squatinoraia.

X duobus nominibus, Ρῖνη scilicet, & Βάτος, compositum est nomē Rhinobatus, quod Gaza Latinè Squatinoraia interpretatus est, nā ex Squatina & Raia oriri creditur, vt Aristoteles asserit: eius verba sunt hæc, Τῶν μὲν οὐτ' ἄλλων ἰχθύων, παρὰ τὰς συγγενείας οὐδὲν ὠπταί συνδυαζόμενον. Ρῖνη δὲ μόνη δοκεῖ τοῦτο ποιεῖν καὶ Βάτος. ἔστι γὰρ τις ἰχθύς ὃς καλεῖται Ρῖνοβατος. ἔχει τὴν μὲν κεφαλὴν, καὶ τὰ ἔμπροσθεν Βάτου, τὰ δὲ ὀπίσθεν Ρῖνης, ὡς γινόμενος ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἰχθύων. Alios sanè quidem pisces præter cognatos, coire nemo vidit. Squatina verò sola, & Raia id facere videntur. est utique piscis quidam, qui Rhinobatus dicitur. habet enim caput, & anteriora Raia, posteriora verò Squatinae, vt qui ex utroque ortum ducit. Quem textum Plinius ferè ad verbum transcripsit, ait enim. Piscium diuersa genera non coeunt præter Squatinam & Raiam, ex quibus nascitur priori parte Raia similis, & nomen ex utroque compositum apud Græcos trahit. Neque apud alios Auctores aliquid de eo inueni, præterquam apud eundem Aristotelem, ubi de diuersorum generum coniunctionibus verba faciens sic ait, Ἐπὶ δὲ τῶν θαλασσιῶν οὐδὲν ἀξίολογον ἑώραται. δοκοῦσι δὲ μάλιστα οἱ Ρῖνοβατοι καλούμενοι γίνεσθαι ἐκ Ρῖνης, καὶ Βάτου συνδυαζόμενων. In marinis nihil dignum memoratu visum est, videntur verò maximè qui Rhinobati dicuntur gigni ex Squatina & Raia coniunctis. Ex his autem colligo, Aristotelem potiùs affirmare Squatinae & Raiae cōiunctionem, quàm de illis incerta tradere; & nescio quomodo vir tantæ doctrinae Rondeletius, propterea quòd neque sibi, maxima adhibita diligentia, neque piscatoribus vnquam contigit piscem hunc videre, existimet neque Aristotelem, neque Plinium uidisse, atque hunc piscem esse planè commentitium, & re ipsa non existere. Qua de causa conatur extorquere verba Aristotelis, dicens, Squatinam itaque cum Raia coire videri ait, quo quidem loquendi genere, & similibus, vt serunt, aiunt, creditur, vtuntur Herodotus Theophr. & Dioscorides, cùm rem aliquam pro incerta habere significant. Ad primum respondeo, Aristotelem facilè vidisse Rhinobatum, cùm ipsius notas tradat, dicens, ἔστι γὰρ τις

Lib. 6.
c. 11. de
hist. ani.

Lib. 9.
cap. 58.

Lib. 2. de
gen. ani.
c. 5.

ἰχθύς ὅς καλεῖται Ρινόβατος, ἔχει γὰρ τὴν μὲν κεφαλὴν, &c. itémque Plin-
 nium, ex quibus nascitur priori parte Raia similis, &c. In quibus ver-
 bis nihil est quod verti in dubium possit. Ad secundum dico,
 non modò Aristotelem, sed alios Auctores Græcos, quorū exē-
 pla latè patent, semper in rebus certis, verbo, δοκῶ, vti, atque
 Dioscoridem, vt in pluribus capitibus, sic præsertim in cap. de
 Dorycnio, in antecedenti periodo per uerbum, δοκεῖ, res certas
 significare, quòdque ipse verum existimat, & subinde sequenti,
 incertas per, φασι, quibus ambobus uti non erat opus, si eadem
 significare voluisset, præsertim in tam breuibus periodis, essetq.
 idem modus loquendi; quod cōfirmo ex interpretatione Ruel-
 lij viri doctissimi, qui cū tantam in Græcis habere uim hoc
 uerbum, δοκεῖ, videret, constat, ibi illud est interpretatus: quare
 differt Græca ratio uerbi, δοκεῖ, à Latina, ferunt, aiunt, & simi-
 lium, cū hæc incertas, illud verò certas præferat. Accedat
 huc etiam alter textus Aristotelis secūdo loco citatus, vbi post
 uerbum, δοκοῦσι, ponit aduerbium, μάλιστα, quod vertitur, maxi-
 mè, super omnia: & maiorem in modum, quibus, cū aliquid certū
 est dicendum, vtuntur omnes, ipsèque Aristoteles tali scriben-
 di modo non vsus quidem fuisset, si de hoc pisce aliter sensisset,
 rémque pro incerta habuisset; & cū ipse non viderit piscium
 coniunctionem, quam idem peragi absoluíque ocysimè tradit,
 & rarò verum ouiparorum coitum cerni; difficiléque esset di-
 uersorum piscium coniunctionem, quæ rarò, vt ipsemet testa-
 tur, accidit, conspiceret, ideo dixit, οὐδὲν ἀξιόλογον εἶραται, & quia
 Lib. 1. de gen. ani. c. 6. credebat natura posse fieri, δοκοῦσι δὲ μάλιστα, &c. quod ipse, cre-
 Lib. 5. de hist. ani. c. 5. duntur, est interpretatus: sed quidem, credere, significat, rem
 Lib. 2. de gen. ani. c. 5. non visam pro certa habere, quod accidit, cū fidem nostram
 alicui adhibemus veritatem dicenti, nobis ita certum esse ali-
 qua ratione putantibus. Sed ad Rhinobatum redeo, diffici-
 léque erit ad conclusionem hanc Rondeletij doctiorum ani-
 mos inducere: Si ideo coeunt Squatina & Raia, quia piscis sit qui Rhi-
 nobatus nominetur, vtrique similis, quam rationem infirmam iudi-
 cans, atque illam ad impossibile trahens, παραλογίζομαι cōclu-
 dit, & Hippocentauros & Tragelaphos esse posse dicemus, si Centaurus cū
 Equa; & Hircus cum Cerua commisceantur. Quod argumentum
 quàm sit absurdum iudicent doctiores: aliud enim esset, si Hip-
 pocentaurus inueniretur, ex Centauro & Equa natum esse, di-
 cere,

cere, aliud contra, nam tunc argumentum procedit, estque probabile, cum ab aliqua re existenti est ductum. Quam suam conclusionem Galeni testimonio confirmat dicens, *fieri secundum naturam non potest, ut tantopere dissidentia corpora commisceantur, &c.* & Neque si diuersæ animantium formæ, non tamen usque adeo dissimiles coeant, id animal gignit, quod vna parte huic, altera illi simile sit, sed quod vni tantum procreantium simile sit, vel tertium quoddam: ut cum Asinus Equam inijt, Mulus aut Mula neutri per omnia simile animal gignitur. Si Lupus cum Cane, vel Vulpe congregiatur, Canis, vel Vulpes alteri tantum similis. Ad quæ respondeo, Aristotelem, non ut ipse, tam dissidentia corpora, & commentitia coniungi posse, dixisse, Centaurum scilicet cum Equa, sed Raïam cum Squatina, quæ inter se aliquam *συμπάθειαν*, similitudinemque habere videntur, cum sint ex eodem genere Cartilagineorum, atque præter os, & angustiore corporis habitum, quibus à Raïa distat Squatina, alis, & post illas appendicibus duabus, & pinnulis duabus in cauda, vtraque sit donata: nec longitudine ita differunt inter se, quò minus Raïa cum Squatina fœmina possit coniungi, supinarum partium attritu, cum vtraque, ac reliquum genus Cartilagineum ouiparum, ita coeant, ut idem Aristoteles ait, *οἱ δὲ Βάτοι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀντὶ πτερυγίων πρὸ ἐχάτω πλάτει νέουσι.* Raïæ & similes pro pinnis extrema sui corporis latitudine natant. Accedant quæ de Galeno citat, scilicet Mulus, aut Mula neutri genitori per omnia simile animal gignitur. Non igitur excludit, ut in aliqua parte corporis, morum & naturæ, possit esse vtrique simile, ut de Mulo aliisque animalibus ex differentibus specie natis dici potest, quod cuilibet in perquirendis contemplandisque rebus naturalibus exercitato perspicuum est: immo addo id, quod mirum, quòdque incredibile putarem si ab alijs audissem, sed quia, tantæ auctoritatis, fidei, & doctrinæ Caterina Pellegrina auia mihi que carissima narrauit, certum esse mihi persuadeo: ait enim suo uiuente patre Hieronymo Abellarum, aliorumque oppidorum, ciuitatumque Regulo, eo in oppido anno salutis 110, 10. xxvi i i. repertum esse, eisque allatum monstrosum animal ex Scrofa natum, cuius caput per omnia humano capiti erat simile, reliquum verò corpus genitrici: cumque an subulcus cum illa commixtus esset, in dubium verteretur, eum iussisse notionem ea de re apud

Lib. 3. de
usu part.
c. 1.

Lib. 5.

cap. 5 de
hist. ani.

Lib. 4. de
part. ani.

c. 13.

iudicem haberi. Itaque ad iudicem delatus subulcus, rēque cum illa *ἐπιπλάσας* habuisse confessus est, delictique reus est factus. Quod diuino iudicio factum puto, ne, qui tantum, execrabileque facinus patrauit, impunē abiret: testes ibi etiamnum superstites sunt. Accedat denique locus Plinij ante citatus, in quo nec verbum quidem vllum est dubium, quod extorqueri possit, & in ambiguum reduci, ait enim *Piscium diuersa genera non cōeunt præter Squatinam & Raiam, & quæ sequuntur*. Qui uideatur, aut verba Aristotelis secundum illius mentem interpretatus, vel coniunctionem piscium conspexisse, & pro certa tradidisse. Vtcunque igitur res se habeat, iam satis perspicuū est, Aristotelem, Pliniumque Rhinobatum piscem his notis delineasse, caput scilicet habentem, & anteriora Raię, posteriora verò Squatinæ: quæ omnia pisci à me proposito inesse videntur, vt ex sequenti descriptione patebit, & ut ordine prosequar, ab illius nomine incipiam. Piscis hic, quem Rhinobatum antiquorum esse duco, à nostris piscatoribus vulgò dicitur *Cetola*, quod Citharam significat, est enim instrumentum hoc musicum aereis fidibus tensum, quod pennæ frusto pulsatur, ipsis, & plebis fæci notum, & vsitatum, quare facillè illis fuit, ob illius similitudinē, nomen huic pisci imponere: ijdēmq. pro manubrio, caudam fingunt, pro testudine, reliquum corpus, & pro regula in pontis modum constructa, qua chordæ ab instrumento eleuantur, rimam oris: hæc descripsi ne ij, quibus instrumentum hoc est incognitum, fraudari viderentur. Est igitur cartilagineus, nostro mari frequens, magnitudine, vt à piscatoribus accepi, quatuor pedes non superans, pondere verò duodecim libras ad summum æquans, colore subflauo, in supina parte albo, cute est aspera velut arenulis minutis conspersa Squatinæ cuti simili, quam, si manum deorsum duces, læuem iudicabis, sed si à cauda ad caput, asperitatem senties; figura, primo intuitu Raiam refert, multum *ὄξυρύχῳ βάρῳ* simili, sed angustiore, nam rostrum in longum protenditur, & alas habet angustiores cæteris Raijs: corpus cordis figuram ferè simulat, estque tertia pars totius longitudinis: caret illis duabus appendicibus carnosiss, inter alas, & appendices cartilagineas, sitis, quibus Raiæ sunt præditæ, genitalia verò habet mas inter caudam & appendices cartilagineas, vt etiam Raiæ,

fœmi-

fœmina quidem caret illis, sed tantùm habet duas cartilagineas appendices in modum pinnarum, vt Squatina, quæ ab osseo neruo supra anum posito originem ducunt, & inde cauda procedit longa duabus reliquis partibus, lata, & carnosa, caudam repræsens Squatinæ, inferiore partē plana, cuius latera tenui limbo cartilagineo definiuntur, in qua sunt duæ pinnae caudam in tres partes, ut in Squatina diuidentes, quæ in unicā pinnam definit: oculos habet membranula illa pupillam operiente vt in Raijs, sed vt Squatinis, & post illos foramina duo, post quæ procedit dorsum asperius usque ad caudæ extremitatem tendens, in quo similiter sunt aculei simplici ordine digesti, ut in cauda Squatinæ, ac etiam alij sunt in osseo diaphragmate post branchias, caput à uentre separante; iuxta quod binæ lineæ utrinq. ad latera dorsi positæ oriuntur, quarum duæ lateribus caudæ propinquiores in ipsarum ortu sunt curuæ caudā à reliquo corpore secernentes, omnes verò cum cauda terminantur. In supina parte duo sunt foramina oblonga, ab illis Raiarum disidentia, pro naribus sita, iisque subest os, squamis osseis pro dentibus munitum, branchiæ subsunt utrinque quinæ, quarum duæ inferiores insunt osseo diaphragmati, linea quadam curua & sinuata signato, ventrem à capite separante: in ventre continentur intestina omnia Raiarum intestinis similia, oua distant à Raiarū ouis, sed similia sunt illis Squatinæ illaq. gerit utero ab hyemali solstitio. Quo tēpore pariat, quibus moribus & natura mas & fœmina sint præditi, adhuc obseruare nequiui: cum Raijs uendi solet ferè semper. Quare cum capite & parte anteriore sit Raiæ similis, cauda verò & cute Squatinæ, rectè mihi uidetur posse dici Rhinobatus Aristotelis & Plinij: an autem ex Raiæ & Squatinæ coniunctione ortus sit, adhuc incompertum habeo, satis mihi uidetur nunc posse Rhinobatus appellari, à similitudine Ρῖνυς, & Βάτου.




Pastinaca marina Dioscoridis.

DLVRES *Pastinacæ* marinæ species iam à simi-
 litudine ipsarum apud recentiores memoran-
 tur, atque depinguntur, quas uidere licebit
 apud Gesnerum naturalium rerum studiosis-
 simum, atque illarum collectorem, prolixius
 esset illas iterum transcribere, hanc ab alijs
 minimè animaduersam describam, [cuius
 caudam radio munitã tantùm, sine reliquo corpore depictam
 inter alias idẽ Gesnerus exhibuit]: eò quòd Dioscoridis deli-
 neationi respõdere uideatur: cuius nec sensus, sicuti nec uerba
 percepisse alios cognoui: eius uerba sunt hæc, Τρυγόνος θαλασσίας
 τὸ κέντρον, ὃ δὴ ἀπὸ τῆς οὐρᾶς αὐτῆς πέφυκεν ἀνεστραμμένον ταῖς φολίσιν, ὃ δὲ ὄν-
 τα πονοῦντα παύνει: τρύπῃ γὰρ καὶ ἀποβάλλει. Quæ sic latinè reddidi.
Pastinacæ marinæ aculeus, qui ab radice ipsius enascitur reflexus squamis:
dentem dolentem mitigat: frangit quidem illum, æquè eijcit. Huius de-
 scriptionis quàm breuissimæ uerba, neminem perpendisse atq.
 cum pisce contulisse præter Rondeletium uirum doctissimum
 animaduerti; quæ etiã multùm interpretans, cùm φολίσιν, uerbi
 proprietatem minimè pisci depicto conuenire perspiceret: in
 hanc descēdit sententiam se prius excusans, ut vel Dioscoridis
 locus sit inemendatus, vel improprio uocabulo usus sit. Quod
 uerbum, in Piscis huius caudæ delineatione interpretari, & in
 ea ostendere conabor. Piscis hic à nostris piscatoribus *Muchio*
 appellatur vulgò, est cartilagineus, planus, læuis, colore cine-
 reo ad flauum tendente, sed paruus est magis flauus, inferius ve-
 rò albescente, cuius corpus ueluti quadratum efformare uide-
 tur, binos enim angulos alarum extremitates, binósque alios
 rostrum, & caudæ principium complent. in superiore parte ca-
 put uisitur *Raiæ* modo infra rostrum paruis squamis asperum,
 oculos & post illos foramina ut in alijs: è regione utrinque nõ
 multùm distantes lepidæ sunt binæ, atque duæ aliæ in capite
 inter oculos & diaphragma branchiarum, in inferiore verò fo-
 ramina duo supra os, quod osseis squamis munitum est, post ip-
 sum utrinque quinæ branchiæ, quæ à reliquo uentris, osseo dia-
 phragmate

Τρύγαν δαλασία

Pastinaca marina



phragmate diuiduntur; ad caudæ initiū & ani latera duæ sunt pinnae uice cartilaginee, atque in maribus appendices illæ carnosæ genitalium. Caudam uerò longam habet sesquicorporis longitudinem æquantem propè initium crassam, & quadratam, in extremo rotundam, & multò tenuiorem inferius limbum habentem, quo dirigit cursum: supra uerò aculeum osseum durum utrinque ferratum dentibus caudæ radicem respicientibus, dodrantem longum uidi, latum in imo sesquiunciam, in extremo acutiorem, ab initio caudæ absentem tertia totius caudæ parte: quam etsi alij recentiores squamis carentem depinxerint (parui piscis iconem) maiores quidem atque grandiores minimè uiderunt, sicuti & Plinius qui radium quincunciale, ueluti maximum describit. Sed & quæ non excedit decem libras, parem habet, quid de ea quæ ducentas excedit, dicendum, quæ pugionem ferreum æquantem, ut dixi aculeum habet? Hæc autem caudam habet squamis osseis asperam utrinque, patellis nostratibus similibus, sed aculeatis in summo, quas proprio uocabulo Græci λεπίδες uocant in aquatilibus, ideòq. λεπίδες dictæ sunt, quia ad modum λεπίδων à cute excrescentium extuberant: unde morbi genus quem porriginem Latini appellant sic dictum est, nam uelut plures patellæ saxo hærentes, ita porri cuti extuberantes conspiciuntur, sicuti etiam exanthemata, in quorum modum erumpentem scabiem Ficū arborē habere testatur Theophrastus. quam in Ficu quadam paucis ab hinc diebus eruptā animaduerti. Φολίδες uerò propriè squamæ sunt reptantium animalium, sed cōfunduntur, nam φολίδες aiunt esse serpentium λεπίδες, & Hippocrates φολίδα τοῦ χαλκοῦ, squamam æris, dixit: quam Dioscorides λεπίδα τοῦ χαλκοῦ appellauit, quibus communiter squamas omnes cuiusuis generis λεπίς, & φολίς uerba significare perspicitur. Dioscorides uerò etsi φολίς uerbum scripsit, quo serpentium squamas denotatur, hoc tamen loco data opera, potest dici, uti eo uerbo uoluisse; cauda quidem huius piscis ueluti serpens squamosus uidetur; & sic squamas illas siue φολίδες dictas respici à dentibus reflexis aculei, ut Dioscorides ait (non retrouersis squamis, ut perperam Hippolytus Saluianus interpretatus est, pro dentibus reflexis) cognitum est. Atque hanc esse ueram interpretationem non est dubitandum. Non igitur Rondeletius amplius

Lib. 9.
c. 48.

Lib. 5.
cap. 13.

Lib. de
visu.

Lib. 5.

plius in explicando verbū *φολίσιον* cōmorari debet, sed forū piscatorium adeat, uel Piscatores, à quibus, si piscem uidere noluerit, audire poterit huius piscis descriptionem & naturam. De quo Plinius loquens ait, *Sed nullum vsquam execrabilius quàm radius super caudam eminens Trygonis, quam nostri Pastinacam appellant, quincunciali magnitudine: arbores infixus necat: arma ut telum perforat ut ferri, & veneni malo.* Et alibi, *nihil est vnquam venenatius, quàm in mari Pastinaca, utpotè cūm radio eius arbores necari dixerimus.* Aelianus verò, *Pastinaca aculeum (cuius ante mentionem feci) mortiferum habet, ut vel celeriter non modò homines, sed etiam animalia alia perdere queat, quod quidem ipsum, ut non admirabilitatem facit, certè id stupendā admirationem habet: quod si ad maximam arborem, & vegetam, & summè virentem aculeum admoueas, & defigas, non multo post amittit folia, quæ postquam defluerunt, totus truncus similis est arboribus, solis ardoribus exiccatis æstate, cum maxima est siccitas.* His similia alibi etiam, sicuti Nicander in Theriaca sua, & Oppianus. Piscatores nō nisi cauda exempta pastinacam hanc & congeneres in forum uendendi causa afferunt, vetitum est enim, nec nisi amicis, & qui uenenum effugere sciant, multis etiam obsequijs præstitis cum cauda domi secretò afferunt. Huius ueneni signa tradidit Dioscorides. Remedio sunt multa, quæ collegit Saluianus, sed præsertim ipsa Pastinaca diuulsa & vulneri imposita sui ictus medela est; inter alia quæ idem Diosc. scribit: & Plin. *Pastinaca contra suum ictū remedio est, cinere suo ex aceto illito, vel alterius.* Et alia multa; sed eadem Pastinaca non modò contra suum uenenum antipharmacum est, sed & alijs affectibus succurrit, ut scilicet, dentium dolorem mitiget, atque illos frangendo euocet. Modus autem utēdi, à Plinio describitur hoc modo *Pastinacæ quoque radio scarificare gingiuas, in dolore utilissimum. Conteritur is, & cum Elleboro albo illitus, dentes sine vexatione extrahit.* Celsus uerò, ait, *aculeus torretur deinde conteritur, resinaque excipitur, qua dente circundato, hunc soluit.* Addit Plinius etiam Strumas curare, his uerbis. *Eadem ut & Pastinacæ radio, & Lepore marino imposito, ita ut celeriter remoueantur, & alibi. Partus adiuuare, & faciles facere Pastinacæ radius adalligatus umbilico existimatur, si uiuenti ablatus sit, ipsaque in mare demissa.* & alibi: *Pruritus scabiēque non hominum modo, sed & quadrupedū efficacissimè sedat iecur pastinacæ decoctum in oleo.*

Lib. 9.

c. 48.

Lib. 32.

c. 2.

Lib. 13.

cap. 6.

Lib. 13.

c. 5.

& lib. 13

c. 1. lib. 2

Lib. 7.

Lib. 8.

c. 6.

Lib. 32.

c. 5.

Lib. 32.

c. 7.

Lib. 6.

c. 9.

Lib. 32.

c. 8.


Lib. eod.

c. 10.

Lib. 32.

c. 10.

Stella sexagintaquadrivocata



Stella Marina altera

δεκάδακτυοειδής.



NOVA & perelegans est huius Stellæ forma, ab alijs omnibus differens, nec adhuc descripta: nostro litori frequens, ita ut nec ulla retrahantur retia, quin ipsis implicata, & simul cū piscibus in foro etiam non inueniatur. Hæc admodum fragilis est, ut uina ne ab rete excipiat potius frangi patitur, ita illi se implexa cirris continet. Non uis ulla in extrahenda Stella est adhibenda, cūm radij sint geniculati, atque genicula cōiungens cartilago sit admodum tenuis, qua de re facillimè genicula dissoluntur; nec quamuis radij omnes sint disrupti emoritur, nisi lōgo post interuallo. Huius color subrubens est, forma uerò ab alijs stellis dissidere uidetur. Hæc enim paruum admodum corpus habet: radios quinque; sed singuli in binos diuiduntur, ita ut decem prima facie uideantur: semipedem longos nec maiores hucusque vidi: Stellæ diameter pedem æquat. Radij uerò omnes geniculis paruis constant, atque singula genicula formã trianguli habent, lineæ quidem secantes nunc in dextram, nūc in sinistram partem coniunguntur, spirarum modo, quæ alternatim angulos oppositos conficiunt. E' singulorum uerò triangulorum basi, cirri etiam, ut bases quoque, utrinque alternatim producuntur, simili modo geniculati, minimi digiti longitudine ac cannabini fili crassitie, quibus maximè implicatur, graditur, atque apprehendit: Horum superiores parum longitudine sicuti & crassitie alios inferiores ad extremum usque superāt. E' centro uerò ipsius alij tenues cirri fili etiam crassitie, & eodem modo geniculati, maioris digiti longitudine exeunt, quorum superiores inferioribus minores sunt, atque contrario modo, quo radij maiores, curuantur, quibus escam apprehendere, atque in os adducere censeo, in quorum umbilico uisitur inesse, ex aduersa parte corpus conspicitur rotundum, læue, molle, cuius interiora propter tenuitatē considerare nequiui: ipsum uerò facillimè disiungitur à Stella: læuis est tota, sed aspera ta-
ctu

Et uidetur propter geniculorum & cirrorum multitudinem: crusta integitur duriuscula, ita ut osseis geniculis, sed non admodum duris composita uideatur. An splendeat, ut aliæ noctu, cum uiuam domi habere non potuissem, experiri non potui.

Conchas vulgò Anatiferas, non esse fructus terrestres, neque ex ijs Anates oriri: sed Balani marinae speciem.



VM Conchas hasce, ex quibus Anates oriri falsò asseritur, minimè uidissem; atque apud Lobellium, Penam, quique eos sequuti sunt, conspicerem in maris rupibus arborem esse, quæ fructus hos Amygdalæ pares forma, atque magnitudine ederet: mentem sæpenumero cogitatio huius rei perturbabat meam: neque credere poteram, etsi aliquando animum ad credendum inclinabam, ratione hac commotus: quia scripta hæc erant à doctissimis duobus medicis, atque demum ab alijs recepta: at quidem iterum reijciebatur à sensu hæc imaginatio fortiore argumento, quia arbor fructus edens depicta exhibebatur, atque ab iisdem medicis, iisdem fructus Concharum nomine donati erant, quas è nauis annosæ carina auulsas habere testantur: quæ quidem inter se contraria, atque impossibilia censentur. Arboris fructus terrestris, minimè concha maris esse potest, atque si foret, nauium carinis hæerere haud posset. Qua sententia impulsus, conchas has uidere animo flagrare cœpi. Nec multis quidem exinde præteritis diebus, nostrum in litus (hyems tunc erat) ingens maris æstus vi sonitûque ruere cœpit, qui decem ferè diebus continuus fuit: in quibus, quia etiam pluuia uias abnegabat, magis etiam studijs animus adducebatur, piscium Historias à doctissimo uiro Rondeletio editas, cum aliorum descriptione conferebam; inciditque eo tempore, testaceorum genere peruoluentem, Balanos ab eodem descriptas, atque depictas considerare, quarum forma, & cum his conchis similitudine memoria concharum harum excitata est. Atque sciens quia legissem, ab alluione maris proijci conchas facilè euenire

re posse, famulo iussi, ut nostri litoris partem lustraret, & quæ inueniret à maris æstu proiecta, adduceret. Fortuna accidit inter alia multa, Algæ scilicet hærentem Escharam, Alcyonij speciem, Stellam cuius iconem exhibui, Pennam, Conchâsque varias, & has Harundinum furculis, atq. radicibus, petris, pumicibusque hærentes attulisse, non sine animi mei gaudio: quarû forma hæc est. Cõcha læuis est, Amygdalæ fructui forma, & magnitudine ferè par, magis verò compressa in acutiore parte: colore ex albo ad cinereum uergente: quinque partibus constructa, nam quæ ualuulæ uice sunt, singulæ circa extremam, atque angustio rem partem, per obliquum ueluti diuisæ conspiciuntur, partes verò illæ coniunguntur cartilagine, atque in posteriore conchæ parte in acutum desinunt: quatuor hæ partes à quinta angustiore, quæ dorsum conchæ est, coniunguntur etiam cartilagine, ne ab ea parte aperiri queant; dorsi quidem hæc pars à fundo latior procedit, atque circa extremum conchæ in tenuiorem terminatur: curua est, atque rugosa additamentis, quibus ferratum circa imum conspicitur quinque aut sex dentibus dorsum. Pars, qua hæret latior atque magis extuberans est, quamobrem ualuularum fundum apertum conspiceretur, nisi fundi loco pars quædam carnosâ fusca ueluti corium, tota rugosa in imo ubi hæret tenuior, & ad fundi latitudinem se dilatans in concha fundum efficeret: quæ planè rugosum Amygdalæ fructus petiolum illum continentē refert: qua de causa, quia in furculis arborum etiam eleganter compositæ, & hærentes uisuntur, arboris fructus esse opinati sunt. Concha quidem est marina, ex maris spumoso cæno orta, ut aliæ testaceæ omnes, saxis, lignis quibuscunque, pumicibus humorem illum magis retinentibus, adhærens. Animal intus continet ex concha minimè exiens, coniunctum quidem est in fundo, indèque forsan humorè, cum ab ipsis aqua recederet, pro alimento fugere uideatur: carnosum corpus in imo est, os an habeat & quomodo, quo carere non puto, haud potui rectè conspicere: uerùm pedes siue cirros ex fusco flauescens insectos, quâplures habet. Britan-
 Lib. 1. de
 testaceis.
 c. 29.

nici, ut Rõdeletius asserit, appellât *Poussépierz*, & alij *Pollicipedes* quorum superiores alijs longiores, curui conspiciuntur, geniculati interna parte hirsuti, per longum diuisam pennam æmulantes, & caudam curuam Galli, quamobrem opinati sunt illi

pennas

pennas esse, atque caudam, & auiculæ crescentis rudimenta, extra concham emissa. Sed mihi potius cirros, & brachia animalis esse uidentur, quæ conchæ natura tribuit, ut escam uenari, & intrò reponere posset: frustra quidem, nisi ad uitam conseruandam apta forent, illi adnata essent. At nescio quomodo credere potuerunt marinas conchas fructus esse terrestris arboris, quod nec ab incolentibus montiũ cacumina, qui nec mare unquam uidissent, nedum conchas marinas, credendũ esset; & quidem si ostenderentur illis, nomine arboris fructus; in promptu, fieri secundum naturam haud posse, ut arbor terrestris tales fructus ea cortice obductos, qui carnem & animal formatum intus continerent, edat, responderent: semper enim idem intus animal continetur. Quibus assentire dico, nunquã certè (quam paruulas easdem conchulas uix Milij semen equantes habeo, omnesque formatum completumque, sed paruulum animal habent.) sine animali conspiciuntur, atque semper eodem. Quare non ex uerme primùm, ut non pauca marina animalia gigni asserit Aristoteles, oriuntur: sed à principio humor ille lentus in animal cogitur, atque terrestrior humoris pars circum densatur, eformaturque in conchæ modum, & tẽpore intercedente longo simul cum animali incrementum capit: atque adulto animali, excedente ex illo spumoso mucosoque humore ui quadam seminali prædito, aut etiam eodem primo cœnoso humore intercedente, circa ipsum aliæ paruæ cochulæ Musculorum modo gignuntur. Ex his igitur testaceum animal esse certum erit, nec arboris fructus, ut ab alijs depingitur: hæ quidem conchæ in sicco deiectæ breui emoriuntur, propter humidi diminutionem, in mari uerò (spontè oriuntur) putrescere minimè possunt, atque si ex putredine harũ aliquid oriretur, marinum esse etiam oporteret dato & non concessio. Quamobrem remota principali, per consequens reijcitur eorũ conclusio sequens, ex putredine illarum scilicet in mari proiectarum aues exoriri, uolatilium generationem, ex piscium putredine, mari tribuentium: quod quantum à ueritate absit, & an fieri possit iisdem iudicandum relinquo. At concludendum quidem est, falsam esse eorum assertionem, qui ex his conchis Anates oriri aiunt: putarunt forsan in Scotia tantum & Britannia locis nobis longinquis oriri, quare, fabulas nobis obtrudere



obtrudere facile credendas, opinati sunt: sed & nobis & uicinis locis Prochyta insula præsertim, frequentes sunt, atque magnitudine insigni adolentes non solum ramis, petris, carinis adherentes, sed & solutæ quæ natant, quarum Icon & historia à Ferdinando Imperato simul cum alijs admirabilibus, nouisq. rebus edetur. Has doctissimus Rondeletius ueritatis studiosus in Normannia, & Britannia sua oriri asserit, nec aues generari ex his tradit, sed pro Balani specie exhibet, atque describit homines, & mulieres alia fastidientes cibaria, hoc edulij genere delectari, atque elixatas in aqua, disruptasq. internam carnem ex aceto edere. Cui assentio & concham hanc Balanum esse, etsi alterum genus Balani figura magis ad Glandes accedente describat: nam quamuis illud superiorem, & dimidiam tantum Glandis partem repræsentet, hoc tamen etsi non Quercus glandem, sed Amygdalæ fructum referat, Balanum tamen etiam esse censeo. Βάλανος enim non solum Quercus fructus, sed Castanearum, Fagorum, reliquarumque arborum genericum nomen est, ut alij animaduertere, sicut & Glans apud Latinos, non solum Glandem, sed quemlibet fructum significat, unde Vlpianus ad Edictum scribens ait, *Glandis nomine omnes fructus continentur*. Quapropter si quis conferre uoluerit similitudinem secundæ Balani cum Glandibus Quercus, uidebit nec totam Glandem nec Glandium positum ita referre, sicut si primi generis cum Amygdalæ fructibus comparentur surculo hærentes conchæ. Quæ utraq. Balani nomine sunt appellandæ, idem enim animal intus continent, iisdemque locis inueniuntur hærentes, nec nisi conchæ forma inter se dissident. Conchæ autem differentia oritur ex materia scilicet limo: prima enim, quæ lignis in mare proiectis petris, & pumicibus hæret, in arenosis degit, ubi aqua purior, ideoque & limus purior, atque tenuior, subtiliore terra permixtus existit, quare concha generatur solida, læuis & subtilis. Secunda uerò in scopulis limosis ubi cœnum est terrestrius, atque minus purum, hæret; ideo crassiore testa integitur, atque rudiore, ut ostrea, spondylus, & similes: quem ortum tradit Aristoteles his uerbis, *Ostreis quæ cœnum, ibi origo consistit. Conchæ, Chamæ, Vngues, Pectines, locis... ortus* & paulò inferius, *Testacea denique omnia sponte natura in limo diuersa, pro differentia limi oriuntur: nam in cœnoso Ostrea, in arenoso*

Lib. 71

Lib. 5. de
gene. ani.
6. 15.

arenoso Conchæ, & reliqua, quæ modò enumeravi. Secundum addidi Balani genus, ut & qui non uiderint in Rôdeletio, cognitum ex hac pictura habeant.

Ocymoides Lychnitis reptante radice.



EDIA est planta hæc inter Ocymoidem, & Lychnidē coronariam: Ocymoidi verò, quia *Locus.* folijs sit paruis ab radice statim binis singulis geniculis hærentibus; at Lychnidi, quia incana, pilosa, atque carnosafolia habeat, non minus quàm Lychnidis folia ad ellychnia formanda apta, similis uidetur. Spontè ac frequens oritur in monte D.M. Virginis appellato locis humentibus petrosis. Radice tenui admodum firmatur parum sub terra descendente atque circum reptante, ex qua plures fruticant viticuli rotundi incani hirsuti, bina foliola singulis geniculis hærentia habentes, quæ in imo minora sunt, deinde maiora in medio viticulo, quod contra euenit in plantis, ab radice statim foliatis, ante caulis eruptionem, ut in Theophrasto legitur; hirsuta, carnosafolia, incana Lychnidi similia, sed magnitudine & forma Ocymoidi, Polemoniæ Belgis dictæ. Cuius etiam, sicuti & aliarum congenerum ritu flores edit Aprili atque Maio mense candidos, quinque foliolis constructos, stamina intus quinque *Forma.* lutea habentes, atque singula folia in summo quo latiora sunt, diuiduntur uti folliculi Thlaspi: Iunio semina in oblongis pericarpis mollibus, cartilagineisque perficit, fulua, angulosa, hirsutaq. Pericarpium uerò non uesica uti in superiore Ocymoides, obducti sunt, sed tantum basim quinque foliolis constructa, ut in planta, Gallinæ morsus appellata. Huius radix uiuax admodum est, ideòque multum fruticat, atque perennat, terramque ipsius coma operit. Sapor plantæ dulcis est, quare non ineptè *Vires.* Herbariorum, Fœmellarumque uulgus ad eliciendum lac copiosum utitur, atque plantam sicuti cætera olera iusculis admixtis intus ouis disruptis decoquunt, non sine piperis, atque amaraci modico, uel ut alij solent in placentam efformant, cuius esu magnam lactis copiam prouenire experimento se habere asserunt, atque hodie utuntur. Ex his igitur, calidam atque

Ocymoides lychnitis





Nomen, humidam, nec adeò terrenæ substantiæ participem esse censeripotest. Hanc Herbarij hîc, *Herba lattaria* vulgò appellant, à lactis eliciendi facultate ipsis nota.

Tragopogon laciniatis folijs:



Nomen.
Lib. 4. c.
de Senecione.

Lib. 25.
c. vlt.

Lib. 7.
c. 7.

Lib. 2. c.
de Tragopogo.

Lib. 7.
cap. 7.

Forma.

Tempus.

ON minus quàm Senecio Latinis, ἡριγέρων Græcis, quia Vere flores capillorum modo canescant dictum fuit, ut à Dioscoride, & Plinio refertur. Tragopogon, ut Theophrastus ait, hæc appellata fuit, quia barba de summo vertice cana pendet proluxa. Non ut, falsò meo iudicio, in Dioscoride legitur, ἐπὶ δὲ τοῦ καυλοῦ κάλυξ μέγας, καὶ ἐξ ἄκρου καρπὸς μέγας. ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔχεν. Sed in caule calyx magnus, & in summo fructus niger ex quo nomen habet. Non enim à fructu nigro, quem non habet, sed à proluxo, ac extra calicem excedente pappo, siue barba angusta, Hirco simili Τραγοπάγων appellata fuit, ut exactè descripsit Theophrastus, οἱ δὲ μυρία ἄλλα καλοῦσιν, ὃ τὴν μὲν ῥίζαν ἔχει μακρὰν καὶ γλυκεῖαν, τὰ δὲ φύλλα τῶν κρίκων ὅμοια, πλὴν μακρότερα: τὸν καυλὸν δὲ βραχὺν, ἐφ' οὗ τὴν κάλυκα μεγάλην, καὶ ἐξ ἄκρου μέγαν τὸν παγητὸν πόλιον ἀλλὰς πάγων: ἀφ' οὗ καλεῖται Τραγοπάγων. Quidam autem inter millia alia nominant, hanc, quæ quidem radicem habet longam, & dulcem, folia Croco similia, multum longiora: caulem autem brevẽ, super quem calicem magnum, & ex vertice magnam barbam canam, vnde dicitur Tragopogon. Hæc Tragopogi varietas est. Radicem habet longam teretem foris nigram, intus albam, lactescentem sicuti tota planta, dulcẽ esui aptam, ex qua folia plura, ut in alijs exeunt viridia lævia supernè, sed auersa parte aspera, tribus, aut quatuor lacinijs diuisa, ut vulgaris Coronopi herba stella dicti, sed pedem longa, angusta ut Croci folia. Caulem emittit post annum, ex semine nata, asperum, cauum, pedalẽ, & bipedalẽ, alis diuisum: in quibus, & caulis summo calyces sunt, ut in alijs, sed striati, in quibus flores lutei mane aperiuntur, deinde post horam Sole superueniente clauduntur, nec amplius aperiuntur, sed semina ut in alijs cõ generibus perficiuntur: quæ postea aperto calyce in sphæram concinnata, nassam referentia, quæ Græcis παγή dicitur, in pappos

posuento spirante euolant. Maio mense floret, Iunioque perficitur, semen à uulgari differt, magnitudine, nam minus est, nec asperum, sed striatum. in Apulia frequens, indeque aduectam habui.

Absinthium Montanum Abrotoni fœmina flore.



LN excelso monte D. M. Virginis appellato noua & elegans, rarâque Absinthij huius species exoritur, atque non nisi rimis saxorum sterilibus, ex quibus fruticat, exit. E' radice lignosa, parua, nigra, fibrosa, folia incana, lanuginosa, tenuia emittit incisuris profundis diuisa, media inter marinum Absinthium, &


Locus.
Nomen.
Forma.

Abrotonū marem, in orbem disposita. Vere caules edit plures supinos paucis in imo folijs hærētibus, Aestate flores singulos, singulis caulibus in summo habentes Abrotoni fœminæ modo, sed similes Chamæmelo potius, foliolis quidem albis lutei umbones circumdantur. Sapore & gustu, atque odore Absinthium uulgare Ponticum refert planta hæc, iccirco potius Absinthij nomen indidi, quàm Abrotoni fœminæ cui similior uideretur, præsertim flore, qui longè ab Absinthij floribus abest: sed quia non *δενδροειδής* ut Abrotonon fœmina sit, ut Dioscorides ait; sed *ἐπιγυγιόφυλλος*, & *χαμύκαυλος*, atque etiam sapore magis amaro, adstringentique sit, Absinthio perquàm simili, ut idem iudicanda sit; etsi effigie, cū florida est hæc planta ab Absinthio differat. A sapore, & odore, & sic à facultate, malui Absinthium appellare, quàm à similitudine, quæ sæpe fallit, Abrotoni fœminæ uarietati adscribere: magis enim acerbitatis, quàm Abrotonon habet, & sic minus tenuium partium quàm illa est, & sic minori etiam extenuandi facultate prædita est, etsi non minus, sed potius magis exiccatoriam uim contineat.

Tempus.

Lib. 3. c.
2. Abrotono.

Absinthium montanum



Trachelium Tragopogi folio montanum.



ON è florum forma, natali loco, anniq; tantum tempore quo floret, sed & à lactis copia, substantia foliorum, & sapore totius plantæ, Tracheliorum varietati, sic à recentioribus quia tracheæ, locisq; vicinis medeatur, appellatarum, reddenda est hæc noua planta, in D.M. Virginis Monte sic vulgò dicto, exorietur.

Nomen.

Locus.

Forma.

Tempus.

Radicem quidem habet crassiusculam albidam lactescentem, & ex ea plures propagines habentes folia angusta longa duriuscula, croci aut, Tragopogi forma, & magnitudine: Veris fine caules pedales edentes subrubentes, atque hirsutos, quibus folia alternatim, raraq; hærent, in quorum summo sex aut septem simul flores purpurei nolæ forma, trachelij vulgaris modo, ex basibus singulis quinq; foliolis viridibus constructis, exeunt: fructus atq; semina Trachelio etiam similia, Aestate perficit. Radix perennis est, atque dulcis esui apta sicuti vulgare Trachelium, & Rapuntium.

Sinapi alterum agreste nostras.



IN valle supra ædem D. Mariæ vitæ, inter Rubos, Cynocramben, Leonis dentes, & Ranuncula, oritur quædam noua, & elegans planta, nec alibi oriri scio, nec herbarij hæc se vidisse aiunt. Radice firmatur parua, tenui, fibrosa parum sub terrâ descendente, albida, ex qua folia exeunt Chelidoniij maioris incisura, distant

Locus.

Forma.

quòd nec succum luteum edunt, nec cæsia, sed viridia sunt, aspera hirsutie obsita, atque extremum folium non retusum, vt Chelidonium, sed acutum habent, atque minora sunt: Caulis angulosus est atque alis multis diuiditur: flores edit purpureos umbellatos ferè, quatuor foliolis cõstructos Chelidonio pares; siliquas postea alternatim, frequenterq; hærentes, rectas, quarum extremæ partes cælum versus tendunt, quibus spica confici videtur siliquarum duorum digitorum, summû longitudine ad Sioaquatico pares, quæ cû exiccari incipiunt, flauescunt, atque

d vento





Sinapi

Agreste

Tempus. vento flante, vel aliquo illas tangente, disrumpuntur ab imo, atq; intortis vtrisque valuulis semina iaculantur flava Sij, vel Cardaminæ modo, parua, gustu acri: sicuti etiam folia: floret Martio, & Aprili mense perficitur: nisi diligens sit cultor, huius semina non colliget.

Alsines facie plantanoua.

Nomen,
et Etymō
Lib. 4

Lib. 2.
Lib. 4.

Descript.

Lib. 27.
c. 4.

Forma.



LSINE, ita dicta est, quia umbrosa loca, & lucos amet, vt idem Dioscorides ait: ab aliquibus Myosota dicitur, quia folia habeat Musculorum aures imitantia; in capite de Myosotide Dioscorides ait, *Sunt qui Alsinen Myosotida vocitant, sed alia est Alsine: vt idem ait Αλίνη, οἱ δὲ μὲν ὄντα, ἀπὸ τοῦ ἔχειν φύλλα ὅμοια μὲν ὠτίοις.* αλσίνη δὲ, διὰ τὸ σκιερὸς καὶ ἀλσειδὲς φυλεῖν τόπους. πρῶτον ὁμοία ἐλξίνῃ, ταπεινότερα δὲ καὶ μακροφυλλότερα καὶ οὐ δασέα. διατριφθεῖσά τε, συκίων ὄζει. *Alsine*, aliqui *Myosota* appellant, eo quod folia habeat similia muris auriculis: *Alsinen* verò quia umbrosa loca, & lucos amet. *Herba est similis Helxinæ humilior verò, & minoribus folijs, & minimè hirsuta: & contrita Cucumeris odorem refert.* Plinius habet: *Alsine*, quam quidam *Myosoton* appellant, nascitur in lucis, vnde & *Alsine* dicta est: incipit à media Hyeme: arefcit Aestate media: cum proreperit musculorum aures imitatur folijs: [sed aliam docebimus, quæ iustius *Myosotis* vocetur.] Hæc eadem erat quæ *Helxine*, nisi minor minusque hirsuta esset: nascitur in hortis, & maximè in parietibus: cum teritur odorem Cucumeris reddit. Quorum delineationibus nulla alia ab alijs depicta ita facie respondere videtur, potius *Myosotam*, quàm *Alsinen* referre videtur: quæ verò à me est depicta, læuitate & magnitudine tantum differre videtur: reliquum *Helxines* habitum refert. Radicem quidem habet tenuem, albam, fibrosam, ex qua plures dodrantaes viticuli rotundi, atque læues, parum rubescentes, carnosì, succo referti, atque in terra strati exeunt, nisi à pariete dependeant: folia geniculis ex interuallo frequentia primùm bina, postea alternatim vtrisque digesta habent *Helxines* forma, & positu, *Parietariæ* scilicet, (humilior namque hæc est *Parietaria*, quod non potest intelligi, si de *Cissampelo* putares, nam repens est *Dioscoride* teste:) minora verò, & rotundiora parum, satis muris

ris auriculis similia, carnosâ, minus hirsuta, Oxalidis rotundi foliâ folia exprimentia, nam quadam veluti aspergine eodem modo oblitâ sunt, vt etiam in Atriplice visitur: ex quibus & geniculis bina alia foliola exeunt, vt etiam in Parietaria conspiciuntur, quæ etiam muscutorum auriculas imitâtur, iuxta quæ flores bini, aut terni enascantur, muscosi, ex herbaceo albidis, duobus foliolis contortis ex aduerso cõstantes, multis intus staminibus tenuibus: quibus deciditibus totidem fructus succedunt rotundi, duri, primùm virides, postea ex nigro cinerei. Octobri mense exit, Vere floret, atq; Aestate finitur. Herba trita Cucumeris odorem planè refert, si quæ alia sit quæ talem odorem referat. Gustu insipido aqueo sunt folia, in semine verò aliquid inest tenuium partium, quo extergi lingua largè manso percipitur, non autem calorem imprimit. Ex quibus colligitur, extergere, adstringere, atque humectare posse, sicut Helxine, vt ait Dioscorides; quam Alsines viribus iisdem pollere ait: atque Galenus Helxinen extergendi, adstringendi, cum humiditate subfrigida vires habere asserit. Sed in cap. de Alsine; Alsinem Helxines vires habere, & aquæ essentiæ esse dicit, atque frigefacientem & humectantem tantum vim habere, absque adstrictione: quæ vires potius contrariæ, quàm similes esse videntur Helxine; nam extergendi vim habet & adstringendi maiorẽ; minorem verò humectando refrigerandi. Hoc tamen doctioribus, atq; periclitatoribus relinquo. Loca videtur amare eadem quæ Helxine, atque ex Insula Capreis, vbi frequens spontè oritur, aduectam habui.

Tempus.

Lib. 6. de simp. me. facult.

Locus.

Erini, siue Rapunculi minimum genus.



NOVA hæc est plantula atque pulchella ex D. Mariæ Virginis monte aduecta quæ radicem habet parua admodum fibris diuisam teneram, atque Rapunculo siue Erino à me depicto similem sapore, lactescentemque. folia: emittit parua admodum, digiti longitudine, parum hirsuta, oblonga, latioraque in summo, & per extremum ferrata raris diuisuris, nam quæ proximiora sunt radici octo dentes circum habere videntur, superiora verò minus, atque floribus hærentia binos, caulem emittit ab

Alsine

Alsine





tit ab radice ex singulis foliolis alis diuisum, ita vt fruticosa videatur; angulosum hirsutum, tenuem, flosculos edit Aprili mense & Maio, inter folia, ex calyce parum hirsuto lato in quinque folia desinente, vt in Rapuntio, & Campanula pyramidali dicta visitur, exeuntes oblongos cauos similes Tracheliorum florum purpureos, intus apicē vel thyrsulum luteū in summo triplici diuisura intortū vt in congeneribus cōtinētes. Semen perficit Iunio, & Iulio, minutum admodū, fuscum. Tota planta lacteo succo turget dulci, vti Rapuntium, ita vt gratus sit sapor palato.

*Phyteuma minus, Scabiosa parua, floribus
Ocimi laciniatis atque odoris.*

Forma.



Tempus.
Locus.

VLCHERRIMA atque grata oculis, atque naribus est Scabiosa hæc, quæ lignosam longamque radicem habet, ex qua folia exeunt diuersa, nam in imo vel sunt syluestri Erucæ, paria, vel Coronopo similia, minora verò atque hirsuta, in caule verò similia laciniis Scabiossæ vulgari minori, sicuti & flores, qui purpurei ex albo colore sunt, nec vt in alijs, ex cæruleo purpurei, in capitulis rotundioribus, atque singuli flores Ocimi flores imitantur, nam galericulati sunt, & per ora laciniati, admodum similes exotico Ocimo, folijs purpureis maculis infectis, fimbriatisq. atque etiam, quod in alijs Scabiosis non obseruatur bene odorati sunt: floret Aestate, atque etiam Hyeme propter cæli amœnitatem. In montibus oritur Amalfææ oræ.

F I N I S.

Φαγκίσκη τῆ Οὐερίηριε ἐκ κρινωγίας Ἰησοῦ ὀπήγαμμα
εἰς Φάβιον ἢ Κολέμναν.

Γλιῦ ποτε, καὶ πόντον, καὶ ἠέρα, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς

Ἦν κῆ τινὲ τέχνῳ ἢ φύσις εἰργάσατο.

Εἶτα ποθοῦσαι λίαν μορφῶν καὶ εἰκόνα πλάττειν.

Τινὲ ἰδίην, τεχνικῶς ἐπλασε ἢ ΦΑΒΙΟΝ.

Οὗτος νινὲ πλάττει, φύσις ἄλλη, πᾶν πεπενηνόν,

Πᾶν ὅ, τι πόντος ἔχει, πᾶν ὅ, τι γαῖα φέρει.

Prætermissa quæ Lector suis locis ita reponet, quæ
etiam in Indice notantur.

Pag. 1. post verba, ex lato prodeunt desinunt, adde: Capitula etiè
pyramidalem habent formam, atque ignis flammam representat,
ita ut ab ipsorum etiam figura nominis etymon sumi possit.

Pag. 3. post, ac veluti in plures partes diuisa, adde: syluestri Melan-
thio paria, & similia,

Pag. 45. post, ἀειζωούσαι, adde: Huius succus illitus, aut linteola il-
lo madida, ambustis imposita, quàm citius ad cicatricem illa
perducit: nec finit, quod pluries expertus sum, ignis vim ulterius
diffundi.

Pag. 54. post, similes quodammodo; adde: Quare etiam Calycan-
themum, & Heliophyes appellatum inuenitur in diuersis illis no-
menclaturis; quia florem calycis modo habeat, & circumagatur,
ut Heliotropium, quare, ut Matthiolus refert, aliqui Heliotropiū
esse perperam putarunt:

Pag. 65. post, extremo Vere, adde: vel Autumno etiam,

Pag. 90. Pæoniæ fœminæ, & similiū, adde: ut Apij, Tithymali
scilicet tuberosi; cuius radix tuberosa est, & Pyri formam ha-
bet, atque Dioscorides, & Theophrastus similem dixerunt esse ra-
dici Asphodeli, cuius multiplex est radix; nec Apion vnicam tan-
tūm radicem habere notarunt.

INDEX

INDEX EORVM QVAE IN HOC
VOLUME CONTINENTVR.

In quo, sciat Lector, saepius in eadem pagina idem repetitum esse: quod, mi-
nimè notatur: item communem numerum priorem partem,
Antiquum Romanum, alteram designare.



- A**
BRES. pag. 94.
Abrotonon foemina.
pag. xxiii.
Abrotonon mas. ibidè.
Absinthium marinum.
ibidem.
Absinthium montanū
Abrotoni foeminae facie, & eius histo-
rie. ibidem.
Absinthium Ponticum. ibidem.
Acanthus. 51.
Acanthus Pæderos. 46. 48.
Acini vsus. 24.
Acinos Dioscoridis vnde nomen ducatur.
23. quæ sit, & eius historia. ibidem. &
24. 26.
Acori radix. 117.
Adiantum. 82.
Aëtij locus emendatur. 31.
Agrigoranum. 13.
Alcea. 18.
Alisma Dioscoridis vnde dictum. 18.
eius historia. ibid. 19. 20.
Alisma alterum Plinij. 22.
Aloës. 108. Alvine. xxviii. xxviii.
Alvine facie noua planta. xxviii.
Alto deuolutis. 120.
Alui fluxiones sistentia. 12. 20. 23. 26.
62. 66. 87.
Aluum soluentia. 39. 109.
Alyssum Dioscoridis unde dicatur. 27.
quod, & eius hist. ibid. 29. 30. 31.
Alysson alterum Antonij Coi, quod, &
eius hist. 31. 32. 34. 35.
Ἄλυζον. 31.
Amarum in plantis non semper calefa-
cere. 56. & 57.
Ambustis igni medentia. 45.
Anagallis aquatica. 27.
Androsæmum. 77.
Anemone. 74.
Anethum. 88. 90.
Angelica. 87.
Anisum. 2. 77.
Anthelij vsus. 7.
Anthelium. 6. vnde dictum. ibid.
Antidotis quæ inferantur. 120.
Aparine. 19.
Aphronitrum. 93.
Aphras quæ curent. 120.
Ἀπλόφυλλον. 29.
Apocynum Dioscoridis vnde dictum. 110.
quod sit, & eius hist. ibid. 112. 113.
Apocynum repens. 112.
Apperentiam excitantia. 85.
Aquam ducentia. 109.
Aquilegia. 3.
Arbores necantia. xi.
Aristolochia clematidis. 40.
Aristolochia rotunda. 36.
Anoglossum. 18.
Arum. 91.
Asari radix. 117.
Asclepias. 110. 112.
Asclepias nigra. 112.
Asinus. v.
Asparagus. 63. 69. 109. 110.
Asphodelus. 16. 87. 88. 90.
Asplenium. 77.
Astragalus Diosc. vnde dicatur. 59. qui
sit, & eius hist. ibid. 61. 62.
Astragalus. 118.
Atriplex syluestre. 48. xxviii.
Attrahentia. 38.
Aurantium. 97.
Auricula Vrsi. 19. 22.
Aurium dolores sedantia. 104.

I N D E X.

- B** *Βάτος ὀξύρυχος*. vi.
Βάτος quid. xviii. 62.
 Belladonna. 46. 49. 50.
 Betonica. 34. 58.
 Betonica aquatica. ibidem.
 Bilem flauam educentia. 38. 39.
 Bilingua vnde dicatur. 66. 69.
 Bistorta. 45.
 Brasica. 86.
 Britannica. 45.
 Bubones pestilentes maturantia. 71.
 Buphthalmion. 56.
- C**
Καρυφύλλου. 97.
Καρπός quid. 80.
 Caryophyllus. 97.
 Centaurium maius. 96.
 Centaurus. iiii. v.
 Cerua. iiii.
 Cetola. vi.
 Chamædaphne quæ & unde dicatur. 67. 68. eius hist. 69.
 Chamædryon. 34.
 Chamæmelum. xxiii.
 Chelidonium maius. 96. xxiiii.
 Chondrilla. 6. 39. 97. 101.
 Chondrilla prima Diosc. unde dicta. 9. quæ, & eius hist. ibid. 11. 12. 13.
 Chondrilla altera Diosc. vnde dicta 13 quæ & eius hist. ibid. 15. 16.
 Chondrilla carulea. 97.
 Chrysanthemum. 54. 56.
 Chrysocomes radix. 8.
- Κύναρχον*. 110.
Κυνοκράβη. 110.
 Cynocrambe. 110. xxiiii.
Κυνοκτόνον. 110.
 Cynoglossa. 15.
Κυνόμορον. 110.
 Cypèrus. 6. 7. 8. 62.
- Cicer. 59. 61. 62. 65. 68. 70.
 Cicercula. 58.
 Cichorium. ij. 15. 97.
 Cichorium Constantinopolitanum. 16.
 Cichorium strumosum Myconij. 16.
 Cissampelos. xxviii.
 Cistus. 13.
 Clinopodium syluestre. 26.
 Clymenum Diosc. quod, & eius hist. 52. 54. 55. 56. 57. 58.
 Cnicus. 96.
 Coeliacis utilia. 58.
 Coitus piscium rarò conspicitur. iiii.
 Coitus piscium ocysimè fit. ibid.
 Coli tormenta discutientia. 91.
 Colocasia. 7.
 Columbina. 3. vnde dicta. 4.
Κόμην quid significet. 36.
 Comitialibus utilia. 96. 109.
 Commentatorum Diosc. error. 43. 91. 115.
 Commentator Diosc. reprehenditur. 49. 106. 113.
 Conchas vulgò Anatiferas non esse fructus terrestres, neque ex ijs Anates ori ri. sed Balani marinæ speciem. xiiii. xv. xvi. xviii.
 Conceptum impediencia. 83.
 Concoquendi vim habentia. 16.
 Consolida regia. 2.
 Conuulsis utilia. 74.
 Cordi utilia. 20. 87.
 Coriandrum. 71. 73. 74. 75. 79.
 Cor Indicum. 4.
 Coronopus. xx. xxxi.
 Corruda tertia Clusij. 109.
 Cortex. quid 6.
 Crocus. xx.
 Cucumis. xxviii.
 Cutis uitia sanantia. 30.
 Cyaneus. 30. 96. 97. 100. eius varietas. 97.

I N D E X

- Cypêrus à Cypiro in quo differat. 8.
 Cypirus quid. 8.
- D**
 Actylus Plinij. 45. vnde dicatur. 46.
 Dalechapius notatur. 86. 105. 106.
 Damassonium. 18. vide Alisma.
 Damassonium alterum Plinij. 22.
 Δαυός quid significet. 44. 45. 90.
 Datura quid. 51.
 Dens Leonis. 11. 15. xxv.
 Dentes euocantia. xi.
 Dentium dolores minuentia. ibid.
 Diaboli morsus. 39. 100. quare sic dictus. 38.
 Dictamnium. 82.
 Digerentia. 79.
 Diogenis dictum. 99.
 Dioscoridis caput restitutum. 51.
 Dioscoridis commentatorum, & interpretum incuria. 43. 49. 91. 115.
 Dioscoridis commentator reprehenditur. 49. 106. 113.
 Diosc. incuria & Asseclarum. 67.
 Diosc. locus corruptus. xx. 80. 82.
 Dioscoridis locus corruptus restituitur. 41. 45. 113. 116.
 Diosc. locus emendatur. 46. 48.
 Diosc. textus illustratus. 38. 41. 62.
 Δοκῶ quid. iiii.
 Dodonæus notatur. 4.
 Dryopteris. 77. 78.
 Dysenterix quid proffit. 7. 20. 62. 66. 72. 74.
- E**
 Ebulum. 36.
 Echinion. 108.
 Echinon herba. 104.
 Elaphoboscum Diosc. vnde dictum. 88. quod sit, & eius hist. ibid. 90. 91.
 Elaphoboscum. 86. 87. 115. 119.
 Ελιξ quid significet. 1. 65.
 Elleborus. 18. 22. niger. 90. 115. 116. 117. 118.
 Enterocelis quid proffit. 20. 82. 83.
 Epilepticis quid utile. 120.
 Epimedium Diosc. vnde dictum. 80. quod & eius hist. ibid. 82. 83.
- E**
 Epimedium. 23. 24.
 Epimetrum. 23. 24. 80.
 Epipetron. 23. 24. 80.
 Epiphoris quid medeatur. 45.
 Equa. iiii. v.
 Equisetum. 101.
 Erineos. 23. 80.
 Ερινεός. 101.
 Erinus Nicandri, & Dioscor. vnde dicta 101. quæ sit, & eius hist. ibid. 103. 104. 105.
 Erinæ noua minima. xxix.
 Eruca. 35. 46. 48. 49. 50. 51. syluestris. 36. 39. 48.
 Eryngium. 61. 119.
 Erysipelata curantia. 26.
 Erythrodanum. 29.
- F**
 Faba. 52. 54. 100.
 Fascino aduersantia. 30.
 Febri aduersantia. 30.
 Ficus x.
 Filix. 77. 78. 82. 94. foemina. 78.
 Fior campefe. 95.
 Fior d'ogni mese. 55.
 Fluxum muliebrem sistentia. 66.
 Fluxionibus contraria. 79. rubris. 58.
 Foeniculum. 79. 88.
 Φολίς quid. x.
 Furunculos discutientia. 38.
- G**
 Alega montana. 62.
 Gallinæ morsus. xix.
 Gaza notatur. 96.
 Genista. 11.
 Geranium bulbosum. 74.
 Geranium columbinum. 71. 74. Robertianum. ibid.
 Gingiuarum suppurationi utilia. 62.
 Gladiolus quid. 8. Glans ovid. xviii.
 Glastum. 39. 52. 55. syluestre. 39.
 Γράφοι, quid. 108.
 Grumos sanguinis dissoluentia. 38.
- H**
 HAEmorrhoidas sanantia. 58.
 Halicacebum. 4.
 Harundo

IX N I D I E M XI

Harundo. 85.
 Hedera. 52. 59. 80. 81. 85. 110. 112
 Heliotropium. 54.
 Helxine. xxvii. & xxviii. Cifsāpelos. ib.
 Hepaticum trifolium. 83.
 Herba lattaria. xx.
 Herba stella. xx.
 Herba stridola. 15.
 Herculeus morbus. 93.
 Hernias sanantia. 65. 71. 83.
 Hiera. 32.
 Hippocentauris. iiii.
 Hippoglosson. 66. unde dicatur. 67
 Hippolytus Salutaris notatur. x.
 Hippophaës. 95. 106. 108.
 Hippophaëstum vel Hippophaës Diosc.
 unde dictum. 105. quod, & eius histo.
 ibid. 106. 108. 109.
 Hippohies. 105.
 Hippope. 105.
 Hippofelinon. 105. 115. 119.
 Hircus. 119. eius consideratio, & de-
 scriptio. 120.
 Hircus. iiii. xx.
 Hyacinthus. 61.
 Hydropicis utilia. 109.
 Hypericum 45. tomentosum. ibid.
 Hypochondrium unde nomē trahat. 13
 Hypoglossum. 65. unde dicatur. 66. 67.
 68. 69. eius hist. ibid.
 Hypophaëstum. 105.

I

Iacea. 95. 99.
 Iecur quid expurget. 3. 4.
 Igni ambustis mendantia. 45.
 Illecebra quæ sit. 41. 43.
 Inflammationes sedantia. 34
 Insaniam facientia. 49. 50. 51
 Intybum. 97. 102.
 Inula. 85. 86. 91.
 Iocinores obstructions aperientia. 30.
 Iris. 52. 55. 58. 94.
 Iopyrum Diosc. unde dictum 1. quod
 sit, & eius hist. ibid. 2. 3. 4.
 Iuncus. 115. 116. 117.
 Iuncus triangularis quid. 8.
 Ixia. 75.

L. xix. nulla

Ac elicientia. 16. xix.
 Lactaria herba. xx.
 Lactuca. 86. agrestis. 11.
 Lanaria herba, vide Struthium.
 Lappa. 90. 103.
 Lappula miuor. 108.
 Laterum uitio quid proffit. 7. doloribus.
 112. 120.
 Lauer. 88.
 Laurotaxa, quæ & unde dicta. 67. eius
 hist. 69.
 Laurus. 67.
 Laurus Alexandrina quæ, & unde dica-
 tur. 67. eius hist. 68.
 Lentigines depurgantia. 30.
 Lens. 77.
 Λεπιδες quid. x.
 Libanotis. 88.
 Lienis obstructions aperientia. 30
 Liliū. 54. 91.
 Linaria. 11.
 Lithospermon. 30.
 Lobellius notatur. 15. 16. 18.
 Lunaria botrytis. 79.
 Lupos necantia. 112.
 Lupus cum cane, & zulpe coit. v.
 Lpxata coniungentia. 82.
 Lychnis. xix.
 Lyron. 18.
 Lyfimachia lutea. 116.

M

Maculas detergentia. 20
 Malinathallē Theophrasti unde
 dicatur. 6. quæ & eius hist. ibid. 7. 8. 9.
 eius usus. 7.
 Mammæ cohibentia. 83.
 Marcellus Virgilius notatur. 16. 43. 44.
 86. 106
 Marrubium. 31. 32. 34. 35. 38.
 Matthiolus notatur. 16. 32. 58. 86. 104.
 Melampodium. 118.
 Melampus pastor. 118.
 Melanthium. 3. 4. 19.
 Menses ducentia. 12. 20. 70. 71. 79. 120.
 sistentia. 23. 26.
 Mercurialis. 24. 36. Mespilus. 6. 9.
 Monstrosū animal. v.

Mor-

IX N I D I E X.

Morsus Gallinæ. xix. I
 Muchio. viii. .ix. d. i. c. i. b. i. l. o. A
 Mulus. v.
 Myacantha. 109. quæ, & eius hist. ibidē.
 110.
 Myosota. xxvii.
 Myrtus sylvestris. 68.

N

Narcissus. 115. 116.
 Nardum celticum. 119. 120.
 Nardum montanum. 116. 119.
 Nardum sylvestre. 115.
 Narium eruptiones sanantia. 58.
 Neruorum affectibus utilia. 109.
 Nigella vide Melanthium.
 Nux Metella. 48. 51.

O

Ocimoidos lychnitis quæ, & eius
 hist. xix.
 Ocimoides. 19. 101.
 Ocimum. 23. 24. 26. 35. 36. 46. 49. 50.
 101. 103. 104. xxxi. exoticum. xxxi.
 Oculorum epiphoris medentia. 104.
 Oculorum fluxiones cohibentia. 104.
 Oculorum ulceribus utilia. 45.
 Olusatrum. 88. 119.
 Ophioglosson. 83.
 Orchis. 82.
 Oris ulcera. 120.
 Orobanche. 83.
 Orthopneas curantia. 109.
 Oxalis. xxviii.
 Oxymyr sine. 63.

P

POEonia fœmina. 90.
 Panos curantia. 26.
 Pantheras necantia. 112.
 Papauer corniculatum. 95.
 Papauer Heracleum Theophr. & Diosc.
 vnde dictum. 93. quod, & eius hist. ibi.
 94. 95. 96. 97.
 Papauer rhoëas. 93.
 Papauer spumeum idem quod Hercu-
 leum. 93.
 Paralyseis curantia. 109.
 Paralytica. 19. 22.
 Παράπλησιος. 24.
 Παρδαλιαγχες. 110.

Parietaria. xxvii. xxviii.
 Paronychias sanantia. 46.
 Partus adiuvantia. xi. 70. 71.
 Pastinaca domestica siue vulgaris. 85.
 erratica. 75. nigra Theophr. 88. 90.
 Pastinaca sativa. 86. 87.
 Pastinaca marina Diosc. quæ & eius hi-
 stor. viii. x. xi.
 Pastinacæ ictibus medentia. xi.
 Pectori quid profit. 7.
 Pena notatur. 4. 23. 39.
 Peplis siue Peplion. 43. 44.
 Perdicium. 15.
 Periclymenum. 52. 58.
 Personata. 7.
 Pes Anserinus. 48.
 Pesti aduersantia. 4. 20.
 Pestiferis morbis. 30.
 Πέταλον quid. 1. 4.
 Φασί quid. iiii.
 Phasiolon. 1. 2. 3.
 Phu Dioscor. & eius hist. 113. 115. 116.
 117. 118. 119. 120. quare sic dictū. 117.
 Phu. 36.
 Phyllitis. 82.
 Phyteuma Diosc. vnde dictum. 99. quod
 fit. & eius hist. ibid. 100. 101.
 Phyteuma minus nouum floribus odo-
 ris. xxxii.
 Φυτέω quid. 99.
 Pilos agglutinantia. 12. 16.
 Pisces cartilaginei ouipari. v.
 Pisces ocysimè coeunt. iiii.
 Pisces cartilaginei coeunt^r. supinarum
 partium atteritu. v.
 Polemonia. 19. 95.
 Polygonatum. 66.
 Polygonon. 30.
 Polypodium. 77. 78. 55.
 Polyporum cirri. 52. 55. 58.
 Porrum. 35. 36. 38.
 Portulaca. 40. 41. sativa. 43. sylvestris.
 ibid. quæ ibid. 44.
 Poussépriez. xv.
 Primula veris. 19. 22.
 Profluuium album mulierū sistentia. 82
 Pterygia sanantia. 46.
 Pycnocomon Diosc. vnde dictum 35. 36
 quod

I N D E X

quod sit, & eius hist. ibid. 36.38.39.

Pycnocomon. 100.

Πυκνός quid. 44.45.

Quadrupes necantia. 112.

Quercus. 31.32.

R

Rabiem sanantia 30.32.35.

Radix Idæa Diosc. vnde dicta 63, quæ sit, & eius hist. ibid. 65.66.67.68.69.70.71. eadē est quæ Hypoglosson, Laurus Alexandrina, Laurotaxa, & Chamædaphne. ibidem.

Raja. iii. v. vi. vii. viii.

Ranunculum. xxiii.

Rapuntium vulgare. xxiii. xxviii. xxxii.

Renes expugnantia. 30. obstructions aperientia. 19.

Rhaphanus. 62. 86. 90. 103. 108 sylvestris. 75.78.79.

Rhinobatus Arist. & Plinij. iii. vnde dictus, qui, & eius hist. ibidem. iv. v. vi. vii.

Rondeletius notatur. iii.

Rola. 97.

Rubia. 29.65.

Rubus. xxiii.

Ruellius notatur. 2.

Rugas delentia. 20.

Ruptis & luxatis quid profit. 20.74.120

Ruscus, siue Myrtus sylvestris. 59. 63. 65.66.68.69.70.117.

S

Saluia. 31.32.34.

Sanguinem e naribus educantia. 45.

Sanguinis eruptionem sistentia. 3.58.62.66.74.

Sanguinis grumos dissoluentia. 38.

Sanicula. 19.22.

Saniculæ adagium. 73.

Scabiem sanantia. xi. 30. 100.

Scabiosa 36.39.100.101. Hispanica dicta. 100. xxxii. noua floribus odoris. xxxii.

Scolopendrium. 75.75.78.79.

Scrofa. v.

Scrophularia. 54.58.

Sinapi agreste nostras, quod, & eius hist. xxiiii.

Sium. xxviii.

Solanum siue strychnon manicum Dioscoridis, vnde dictum. 46. quod sit, & eius hist. ibid. 48.49.50.51.

Solanum somniferum & lethale. 49.

Soldanella marina. 82.

Somnia, & imagines representantia. 50. 51.

Somnia graua quæ efficiant. 38.

Sonchus. ij. 94.95. 101.108.

Sorbus. 94.

Sparganium. 80.

Spuma quid significet. 93.

Squatina, & Raja simul coeunt. iii.

Stella marina δεκαδασυακτινοειδής, quæ, & eius hist. xiii.

Stellaria. 105. vnde dicta. ibid.

Sterilitatem facientia. 83.

Stæbe. 95.99.101.

Stomachi ardoribus auxiliantia. 70.

Stomacho utilia. 13.85.

Stomachum excitantia. 87.

Stramonium. 48.

Strumas curantia. 16.20.

Struthij nomen, & etymon. 94. eius delineatio. ibid. 95.

Struthium, lanaria herba. 93.94.95.97. 99.100.101.

Στρούθιον quid. 94.

Σρουθός quid. 94.

Σρουθίον quid. ibid.

Struthium auis. 94.

Struzzo. ibid.

Strychnon manicon vide Solanum.

Succisa. 38.100.

Sucudus Auicennæ. 80.

T

Telephium. 41.43.44.45.

Terebynthus. 88.90.91.

Thlapsi. 19.27.

Thoracis dolorem quid sedet. 3.

Thryon. 46.51.80.

Θύλαξ, & θυλάκιον quid. 55.

Tithymalus chara cia. 40.

Tithymalus tuberosus. 90.

Theo-

F N D E X.

- Theophrasti locus illustratus. 49.
 Torminibus aduersantia. 20. 71.
 Τραχέα quid. 90.
 Trachelium montanum tragopogi folio. quod, & eius hist. xxv.
 Trachelum xxiii. xxxii.
 Tragacantha. 75.
 Tragelaphos. iiii.
 Tragiū primum Diosc. 75.
 Tragiū alterum Diosc. vnde dictū 75. quod sit, & eius hist. ibid. 77. 78. 79.
 Tragij varietas, & hist. 79.
 Tragopogon, laciniatis folijs vnde dictū & eius hist. xxii.
 Tragopogon. xxiiii.
 Trahentia. 79.
 Trañ. 6. 7. 8. 9.
 Trichomanes. 77. 78.
 Trifolium bituminosum. 36. 100. palustre. 4.
 Tumores discutientia. 30. 38. mitigātia. 20.
 Tusim sanantia. 3. 7. 30.
 V
Valeriana maior. 115. 116. 117. 119.
 Valeriana minor siue syluestris. 115.
 Venenis aduersantia. 18. 20. 22. 45. 87. 104.
 Venerem ciantia. 87.
 Verbascum. 19.
 Veronica. 30.
 Vertigines sanantia. 109.
 Vesicæ utilia. 19. 30.
 Vesicaria Indica. 4.
 Vicia. 59.
 Viperæ morsui aduersantia. 12.
 Vitilignes exterentia. 12.
 Viscera glutinantia. 30. 82. 62. 74.
 Vlcera serpentia curantia. 46. 51.
 Vomitiones mouentia. 96.
 Vrinæ ardores quid mitiget. 7.
 Vrinæ stillicidio utilia. 70.
 Vrinæ ciantia. 62. 78. 85. 87. 91. 109. 120.
 Vrsi auricula. 19. 22.
 Vrtichella quæ. 24.
 Vterum expurgantia. 30.
 Vulnera sanantia. 20. 30. 34. 58. 74. 82.
 Vulpes. v. quæ occidant. 112.
 Vullis utilia. 20. 120.
 Vuluæ dolores sedantia. 38.
 Vuulæ tumores sanantia. 65. vlcera. 71. prolapsam quid contrahat. ibid.
 Vuularia. 65. 66. 71. quare sic dicta. ibid.
 X
Xanthium. 48.
 Xiphium. 80.
 Xyris. 80.

Errata sic corrigenda.

- | | | | |
|----------------|--------------------|---------|------------------------|
| Pag. 9. | Chrondilla, | corrige | Chondrilla. |
| Pag. 27. | Thlaspi, | | Thlaspeos. |
| Pag. 44. & 45. | Quamobrem poterit, | | Quamobrem non poterit. |
| Pag. 50. | aut maneat, | | aut maneat. |
| Pag. 77. | Siciliana dicta, | | Sicilianæ dictæ. |
- In Secunda Parte.
- | | | | |
|----------|---------------|----------|----------------|
| Pag. 8. | æque eijcit, | corrige | a tque eijcit. |
| Pag. 11. | eadem uis, | | eadem uis. |
| Pag. 19. | Ocymoides, | | Ocimoides. |
| pag. 28. | Αλίνη, Αλσίνη | άλσειδης | άλσώδης |
| | | | φυλείν |
| | | | φιλείν. |

Imprimatur.


Ardicinus Biandrà Vic. Gen. Neap.
 M. Philocalus Carmelit. Dep. vidit. Idem. f. 190.





The first of the year was a very
 successful one. The weather was
 very good and the crops were
 all well. The people were
 very happy and the business
 was very good. The year was
 a very good one. The weather
 was very good and the crops
 were all well. The people were
 very happy and the business
 was very good. The year was
 a very good one.


The second of the year was a
 very successful one. The weather
 was very good and the crops
 were all well. The people were
 very happy and the business
 was very good. The year was
 a very good one. The weather
 was very good and the crops
 were all well. The people were
 very happy and the business
 was very good. The year was
 a very good one.

The third of the year was a
 very successful one. The weather
 was very good and the crops
 were all well. The people were
 very happy and the business
 was very good. The year was
 a very good one.









LIBRARY OF THE
MUSEUM OF NATURAL HISTORY
LONDON

PLANT
BOTANICAL
A
B